PROGNOSTICON ANTONII TORquati de Euerſione Europæ, & alia quædam, quorum cathalogum ſequens docebit pagina.

¶Aquila volucrum regina Gallum affatur, depreſſum,

Eſſe ſoles cunctis infeſtus uoce ſuperba,
Erige nunc criſtas Galle ſceleſte tuas,
Sæpius admonui cœptis deſiſtere, uelles,
Nam mihi ſunt uires, uox niſi inepta tibi.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Gallus miſerrimè oppreſſus veniam precatur dicens,

Vox periit, criſtæ pallent, uires mihi deſunt,
Parce precor miſero nobilitate tua.
Hortabor cunctos Aquilam ne uoce laceſſant:
Serò equidem ſapui, pœna luenda mihi.

ANTVERPIAE.
Apud Martinum Nutium, ſub interſignio vulpis,
Anno, M. D. XLIIII.

Præter Prognoſticon præſcriptũ in hoc
Enchiridio continentur quæ ſequuntur.

¶Europæ deſcriptio lucidiſſima D. Carolo
V.Romanorum Imperatori dedicata,per An
celmum atque Chriſtophorum Cellæ.

¶De fide & moribus Aethiopum, libellus
Chriſtianis lectu plane dignus.

¶Legatio Magni Indorũ Imperatoris pre
ſbyteri Iohannis,ad Emanuelem Luſitaniæ re
gem.Anno D.M.XIII.

¶Item de Indorum fide,ceremonijs, religio
ne &c.

¶De illorum Patriarcha,eiuſq; officio.

¶De regno,ſtatu,potentia, maieſtate,& or
dine Curię preſbyteri Ioannis per Matthęum
illius Legatum coram Emanuele rege expoſi-
ta,ac per Damianum de Gooes Luſitanũ,hor
tatu Ioannis Magni Gothi Archiepiſcopi Vvp
ſaleñ in regno Succiæ,Latinè reddita, atq; iam
denuo excuſa.

¶De origine regum Turcarum, compēdio
ſa quædam Perioche, per Andream à Lacuna
Secobienſem,collecta.

¶De Turcarum cultu ac moribus enarratio
quædam breuiuſcula.

PROGNOSTICON D. MAGISTRI ANthonij Torquati, Artium & Medicinæ Doctoris Ferrarien̄. Clariſſimiq; Aſtrologi, de euerſione Europæ. Quod Sereniſſimo Matthię Vngariæ regi, Anno ſalutis M.CCCC LXXX. direxit.

MVlta ſunt ſereniſſime Rex, quæ diuinos homines efficiunt. Primo quidem virtutis excellentiā vt teſtatur Ariſtoteles. Secundo deitatis contēplatio, claraq; ſubſtantiarum ſeparatarum noticia, ſicut ex diuerſis eiuſdem philoſophi de vtroq; habetur. Sed inter cætera, nihil tam ſimiles deo mortales homines reddit ac facit, quàm contingentiū pręſciētia futurorum, quam omnes propriam dei eſſe affirmant, nec ſine diuinitatis participatione adipiſci poſſe. Quæ & ad conſilia prębendā & ad prouidentiam eorum quæ futura & uentura ſunt plurimum prodeſſe atq; cōducere ex perientia fidem faciente conſpicitur. Et prop-

terea regnorum prouinciarũq́ nec nõ & ciuitatũ dominis, rectoribus atq; gubernatoribus plurimũ noſcitur neceſſaria. Et quoniam feſtinant tẽpora, in quibus tum per aſtra tũ per ſecũdas cauſas multa mirabilia ſingulariáq; futura ſunt plurima necnõ & horribilia viſu audituq́; tremenda & euentu ipſo ac effectu terribilia, quibus ſimilia per longa tempora & ſecula facta non cernimus nec legimus fuiſſe, quæ licet plurima climata orbis crebrasq́; prouincias afflictura, & reges, dominia, ſtatus, leges, mores, religiones, ſectas, doctrinas mutatura & variatura pro certo ſint. Tamen quoniam maiori ex parte huiuſmodi euentus in noſtra apparebunt Europa, dignum duxi eadem adnotare, & tuę maieſtati deſtinare. Quia vir diuinus es, & non paruam ipſius Europæ partem tua cum prouidentia regis atq; gubernas. Chriſtianamq́; rẽpublicam Chriſtianas quoq; res ab infidelibus tueris & defendis. Et id ad conſolationem tuam addere non vereor futurum eſſe, vt poſt nonnullas ſtrages & depopulationes Vngariæ ab Othomannis factas, Othomannorũ regem in manus cuiuſdam regis Vngarię Vangionum aliàs Vngarorum Imperijq́; Romani & Germanorum ac Hiſpaniarum agentibus Hiſpanis viribus caſurum eſſe, interficieturq́;

ab eiſdem. Et Othomannorum ditio & domus Imperiumq́ Conſtantinopolitanum deficiet. Et Imperator Germanus vnicus ſup duo regnabit Imperia. Et Hungariæ gloria ſcãdet ſuper ſydera. Et vt iudicium hoc noſtrũ Chriſtiano more bonum ſortiatur exordium, diuinum inuocabimus auxilium.

Igitur primo dicendũ eſt ab Italia exordiũ tantorum malorum naſciturũ eſſe. Nam præuijs malis diſpoſitionibus quæ orientur ex Arragonum Sfotriadumq́ domorum ſimultatibus, accitis ab altera earum in Italia Gallis, in Italiam, Galliam, ac Europam diſcordię atque ruinæ virus diffundetur, & iactabuntur ſemina, ex quibus inter Chriſtianos reges & principes maxima naſcentur bella. Et ad hæc mala augenda Turcarum etiam auxilia cõtra Chriſtianos ab ipſiſmet Chriſtianis implorabuntur. E regno Neapolitano agentibus Gallis, Arragones non ſemel, ſed pluries pellentur. Sed & e Mediolano per eoſdem pellentur etiam Sphortiadę. Et ab vtroq; regno vel dominio ab Hiſpanis & Italis plures expellentur Galli. Et vindicationes immutationeſque magnæ orientur in Italia, in qua nonnulli mox in altum eleuabuntur, moxq́ decident. Potentes Veneti ac eccleſia Romana in pręfatis cõmiſce

 buntur

buntur fortunæ ludis. Qui vtinam abſtinerẽt. Nam dum maiora lucrari credent etiam quæ habebunt amittent. Nec id ſemel dumtaxat eueniet eis.

Orientur quoque ob res Italicas inter Germanum Romanorumq́ꝫ Imperatorem & Gallorum regem Chriſtianiſſimum primam poſt conſtellationem ſeu confederationem occulta odia & inimicitiæ non paruę. Sed & agentibus etiam eccleſię principibus dicti reges in vnum inient fœdus, & in Venetorum perniciem conſpirabũt. Sed ſimulata inter eos potius pax cõcordiaq́ꝫ fiet quàm vera. Et ideo poſt aliquot annos ſecretis & occultis affectibus alter alterum deijciet, initoq́ꝫ alio animi veriori conſilio inuicem bene ac in vnum conuenient.

Galli ſuperabunt Venetos, & omnia pene terreſtria ab eis auferent atq́ꝫ auferentur, & ad cuſtodiam Venetiarum Veneti ipſi deuoluentur. Sed hæc initia dolorum erunt eiſdem non finis. Nam humiles facti non modica contra Gallos recipiẽt auxilia & amiſſa recuperabũt, animumq́ꝫ apponent, ad maiora acquirenda. Quæ res totalis interitus libertatis atque ſtatus eorum, periculúmque Venetiarum ciuitatis & ruinam pariet. Parumq́ꝫ aberit quin & Venetiarum quoque ciuitas euertatur.

Poſt

Poſt hæc inter Eccleſiaſticos prælatos Gal-loſque atrox bellum inſurget,& nonnullę ciuitates Venetorum antea à Gallis ſubactæ ipſis dominis nouis nouiſſimisve rebellabunt. Quamobrem bellis acribus& diris interfectionibus & depopulationibus affligentur, & modo Galli, modo eccleſiaſtici vincent, varia vtriuſq; & anceps fortuna eueniet,& in bello vtrinque cadent multi. Eccleſiaſtici Germanorũ Hiſpanorúmque auxilijs freti fortiores erũnt. Gallos cladibus & prælijs affectos atque afflictos tandem vi ab Italia expellent. Eóque tempore Angli contra Gallos tunc magna neceſſitate compulſos & Hiſpani mouebuntur. Sed hæc bella parum durabunt. Póſtque exurget in Gallos rex nouus cuius ſpe plurimi peribunt, quoniam Gallos iterum in Italiam ducet. Hic humili cum gente dimicans,magno tamen diſcrimine vincet, & Inſubrium ciuitatibus potietur & cum papa fœdera non duratura iniet. Nam noua iterum bella & pręlia inter Gallos Papamq; conſurgent, & agentibus Imperatore Romano & Hiſpanis Papa ſolicitante rurſus Galli Italia pellentur,& Sfortiada domus parum duratura tertio in Mediolanenſium ducatum redibit. Verum obſtinati Galli obſeſſa Mediolano reuertentur. Sed re infecta

calamitatibus oppreſſi fugam arripientes in patriam ſuam ſe recipient. Sed nihilominus Galli obſtinatiores effecti, cum tamen domi tunc bellis erunt vexati, ab Italis ſeducti, Italica rurſus bella tentabunt, & infeliciter pugnabũt & fugabuntur, & eorum rex vel capietur vel interficietur.

Qui liberatus immemor præteritæ fortunæ ad maiora diſcrimina ſubeunda animum apponet. Nec deſinet tamdiu contra Imperatorem pręlia & bella miſcere, donec cõfractis viribus, regnũ, vitam, filios duces ac omnia ſimul amiſerit. Sed alio me reuocãt cęleſtia fata.

Per hęc fere tẽpora multi tumultus in Germania orientur atque internetio multa fiet, & ignobiles contra nobiles inſurgent. Sed prius ingens labes in Vngaria naſcetur & orietur, in qua viri eccleſiaſtici plurium fient cauſa malorum. Sed ad omnium prouinciarum particularia quædam veniam, & ad nonnullarum domorum ac gentium & ſtatuum ſeu dominiorum ſpecialia quædam procedam. In quibus plurima diſtinctius futura p̃dicã & enodabo.

Futurum eſt enim poſt hęc vt Papa, Galli, Angli, Veneti, ac Sfortialis domus cum nonnullis alijs contra Romanum Imperatorẽ vel Imperium conſurgant, & noua prælia mouentes

tes vno animo in illum ſeu illud forti obſidione Mediolanum cingent, & Inſubres diuerſis commiſcebunt malis intus ac foris. Et cum Hiſpanis ſeu Hiſpanorum rege res male agentur,& eorum milicia circundabitur. Sed noua auxilia ex Germania venient, quæ vtroſque anxios releuabit,& ad meliorem ſpem euectos conſolatione non modica faciet lætari, ſed hæc lætitia diutius non durabit. Nam iterum anno eodem ruina eadem pene Inſubres Hiſpaniq́ maiori calamitate nec diſſimili prementur. Poſt hæc fere tempora ob bella Chriſtianorum & ad nonnullorũ forte Chriſtianorum inſtantiam inimiciſſimus Turcarũ exercitus capiet Belgradum & Rhodum muniſſima Chriſtianorum loca,& in Hũgariam tranſibit atq́ traijciet, & potius Hungarorũ ſeditionibus quàm vi ſua eam vincet. Hũgariæ rex qui tunc erit,neſcio vi an dolo aut caſu morietur in bello. Quamobrem non modica inter Hungaros de regno orietur contentio,atque hi vnum alij alium ſibi depoſcẽt in regem. Turcarum gens Pannoniam pene totam depopulabitur,incendet & deuaſtabit deſtruetq́, ac prædam multam & viros ac mulieres captiuos abſque numero ex ea abducet. Et duo in Hũgaria reges eligẽtur,vnus per ambitionẽ &

contentionem, alius canonice atque mature & fortaſſe ex Hungariæ antiqua ſtirpe regni veniet. Hic ille rex erit, in cuius manus Othomãnorum Imperator cadet, aut certe cuius opera idem Imperator Othomannorum interficietur. In ea ſiquidem re Hungarorum erit nõ modica laus & Germanorũ. Sed & aſtra etiã regem quendam magnum Hiſpanum regem pronuntiant affuturum, & Imperatoris Romani auxiliares copias promittunt. Et forte ipſe quoque aderit cæſar. Et regis Hũgariç prima laus & ſingularis in hoc erit opere. Nam ſecretum tibi sereniſſime rex & ſtellarum fata aperiam, quæ oculata fide circa tẽpus illud cernentur. Videlicet quod Imperium Conſtantinopolitanum diſſoluetur, & debellabitur atq; deſolabitur. Turcis ipſis crudeliſſimis ſtragibus affectis. Et non ſolum ab alienigenis hæc fient contra Turcas. Verumetiam à diſcordia inter ſuos principes orta. Nam interfecto Turcarum Imperatore tanta orietur inter duces eorum diſcordia atque diſſentio, quod & ab inuicem & ab externis bellis crudeliſſimis per totam Græciam excitatis, atque Marte per totam Græciam & Aſiam minorem furente, & eoſdem populos ſçuiſſima peſte cruciãte, ex Othomannorum familia atque à Turcarum gen

teConſtantinopolitanũ abſque dubio cadet Imperium . De quibus in fine libelli noſtri huius longior à nobis fiet ſermo ac mẽtio. Tempus eſt enim, vt ad Chriſticolas reuertar , & de eccleſiaſticis alijs hominibus dicam cantúmque lugubrem canam.

Nam in capitibus eccleſiaſticorum prælatorum aduerſa fortuna incipiet dominari, fietq́; pluribus annis fortuna nouerca , & eccleſiæ Romanæ multa contingẽt mala. Roma vi expugnabitur & exuretur, imperatorisq́; Romani præda fiet & in ea interficientur multi. Papa vel fugabitur vel capietur. Cardinales & eccleſiaſtici prælati ſpoliabuntur & priuabuntur bonis & triſtabuntur. Et prælatorum eccleſiaſticorum, diuitum, atque potentum incipiet ruina. Horrendum quidem & pertimeſcendũ Romanę futurum iudiciũ dicam. Eccleſia nãq; Romana diuitijs vltra modum adaucta ad id deueniet, vt poſthabita ſpiritualium cura, de rebus temporalibus dumtaxat cogitatura ſit, atque curam habitura, & regnum cœlorũ cuius claues ſibi datas creditur, in temporale terrenúmque regnum commutabit. Propter quod dominus deus eos abijciet à ſe , atque diris ac crudeliſſimis flagellis percutiet eos, quoniã nihil cœleſte aut diuinum tunc meditabũtur. Et

armis hoſtium tum infidelium tum Chriſtianorum bellíſque multiplicibus expugnabitur eccleſia, & tam acriter quidem, vt diſperſi prę-lati & in fugam conuerſi profugíque, varia ſint ad loca acceſſuri, nec in tribulationibus illis maximis alicubi tuti erunt. Et à Chriſtianorum tandem auxilio deſtituti, miſerias ſuas amarè deflebunt, quódque ab omnibus ſub Chriſti exercitu glorificantibus rebus factíſque contemnentur atque vexabuntur. Et ad priſtinam paupertatem reducti ſub temporali fient poteſtate, qui neque deum vt deum neq; ſanctos eius, ſed ſeipſos tantum glorificabunt, & in hypocriſi loquentes mendacium, populos decipientes atque fallentes, ſub ſpecie virtutis & vmbra, eccleſiam dei prophanabunt, & multorum malorum inter principes & populos Chriſtianos cauſa exiſtent, quorum nonnulli Chriſtiani nominis hoſtes erunt occulti. Et quoniã tales peſtes nunquã Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos (de futuris malis dico nõ de bonis) nam multos ex eis eccleſiaſticis, nedum bonos, verumetiã optimos futuros cerno.) Veruntamen de malis dumtaxat loqui intendo, quoniam propter eos veniet ira dei ſuper eccleſiã, ſed & ſuper eccleſiaſticos malos ſic punire incipiet, & de medio tollet qui futuri ſunt

ri ſunt obſtinati in malo, alios ad ſe conuertet, bonosq́ ſicut argentum & aurum flagellis prę fatis veluti per ignem purgabit. Et ſic ex eorũ malis deus bonum eliciet & eccleſiæ ſtatum re formabit. Nam plures erunt mali, boni vero pauciſſimi, quoniam tunc inſurgent hypocritę multi & pſeudoprophetę, & pauci in veritate ambulabunt. Illico Papa ille infelix (de quo dixi) dolis proprijs capietur, & alios credens decipere, ſe decipiet & ab alijs decipietur. Poſt capturam aut fugam eius, non multum diu ſuperuiuet, ſed breui moriturus, an animi dolore an veneno an ferro vel à ſeipſo, neſcio. Cardinales in futuri Papæ electione diſcordes, magni ſchiſmatis cauſa erunt. Plures papæ creabuntur, quo fiet, vt eccleſiaſtici viri odio omnibus hominibus & abhominabiles cunctis erunt, & in hæreſim venient. Religiones omnes perturbationibus plurimis ac diſcordijs agitabuntur & vexabũtur, & pręcipue Minorũ religio. Oẽs eccleſiaſtici tã preſbyteri ſeculares q̃ clauſtrales à veritatis via diſcedẽt, ſanctimoniales à caſtitatis voto & regulis ſuis decident vel decedẽt, & cuncti pene à via veritatis auertentur. Multa ſimulatio ſanctitatis regnabit, & dominabitur adeo, vt vere boni religioſi non valentes viuere aut habitare cum malis,

ad montes tunc & ad extrema cogentur fuge re & conabuntur.

Veniet à Septentrione hęreſiarcha magnus ſubuertendo populos contra vota Romanæ ſedis, cum magnorum principum Septentrionalium auxilio, qui faciet ingentia & magna loquetur. Et apparebunt tunc temporis hypocritę multi quærentes ſibi exaltationes, & honores atque dignitates eccleſiaſticas ambient. Et erit confuſio magna & pſecutio in dei eccleſia maxima tã diu donec eccleſiaſticis in malo obſtinatis, interfectis, & malis moribus in bonos mutatis, & iniquis legibus ac prauis cõſuetudinibus ſublatis & ritibus peſſimis abolitis deletisq́; & in ſãctas & ęquas leges cõſuetudines quoq; & ritus pios cõuerſis, eccleſiæ ſtatus reformabitur, ac renouabitur totus, & veluti ſol oriens clareſcẽs, formoſus, atq; decorus refulgebit in terra. Sed nõdũ ſtatim finis. Nã fere annis octo Petri nauicula aliquibus annis fluctuabit ſed fluctibus nõ opprimetur, quinimo melior emerget & ſolidior ſolito atque ſplendidior, vt precioſas merces in cœlum vehat & deferat. Sed & alio ſermionem meũ cõuertere oportet, & ad Francorum Chriſtianorum bella redire, demum ad externa me conuertam.

Erũt in diebus illis bella ſęuiſſima inter Frãcos

eos tunc maxima calamitate oppreſſos, & inter Germanos,Anglos,Hiſpanosq́;,necnon inter Pannonios & Italos,& talia & tanta quidem vt genus humanum vix tantam mortalitatem pati poterit. Galli cum Germanis, Anglis,Hiſpanisq́; manus miſcebunt, ſed & inter primos quoſdam eorum inuicem bella & diſcordiæ videbũtur,ita quod & ab externis& à ſuis affligẽtur. Germani quoq; & domi ad inuicẽ & foris cũ externis & maxime cum Gallis & Italis pręliabũtur. Angli modo cũ Gallis modo cũ finitimis Scotis & etiã cũ Hiſpanis bellabũt atque pugnabunt. Itali quoque & ad inuicem & ab externis opprimentur & interficientur. Et in area Italię maior pars huius lugubris ludi fortunę fiet. Nam in ea peſtes ſęuiſſimę quę eam conſument,& præcipue Roma, Venetiæ, Mediolanum,Florentia,Ianuaq́; pene totaliter conſumentur, licet & aliæ ciuitates plurimæ eo affligentur morbo, vt hominibus quaſi vacuæ ſint remanſuræ. Inauditi morbi naſcẽtur in eis,quibus Medici neſcient remedia propria cõferre. Penuria quoq; Italię populos ciuitatesq́; pluſquã credi poſſit, aggrauabit. Villę, caſtra,necnõ & ciuitates nõnullę partim cõburentur partim deſtruentur & ſolo ęquabũtur.

Timeant Inſubres, & Longobardi qui ad

mortem

mortem vſque & internetionē grauiſſimis diris & varijs affligentur intus & extra malis, quæ omnia eis & propter inteſtinas diſcordias ac delicta & propter ciuitatis Mediolanen̄ contētiones cōtingēt. Poſt Mediolanū Romā, poſt Romā Florentia, poſt Florentiam Ianua, Venetiæq; conſimilia timeant & patientur fata. Nā eadē fortuna & aduerſa hos ipſos omnes minatur vt deuoret. Sed & Neapolitanum regnū anguſtias & aduerſas fortunas ſuſtinebit. In quo Galli cum Hiſpanis pluries longoq; tempore pugnabūt. Poſt Turcę cum Hiſpanis, quibus omnibus tandem Hiſpani ſuperiores erūt: Omnia extrema viſura paſſuraq; eſt miſella Italia, ſed pręcipue Lōgobardi bellicus furor omnia maligna in Italia effundet, pluſque Italiæ quàm cæteris prouincijs aſtra minantur. Apparebit namq; fortiſſimus princeps à Septentrione, qui populos debellabit & vrbes, & dominia, ac potentatus horribili cum terrore ſęuiſſimisq; & inuictiſſimis bellis expugnabit, vniuerſosq; ſibi ſubijciet vi. Aquarum diluuia nedum in Italia, verumetiā & in alijs prouincijs & locis exūdabūt, ac humiliora operient loca, & ciuitates & caſtra ſubmergentur. Futurum que eſt, mare Piratis & claſſibus plenū, qui magnō cū terrore ciuitates maritimas opprimēt,

& ſpoliabunt. Vnde fleant expectātes, fleantq́ maxime Romani Imperij hoſtes.

Quot dominia mutabūtur, quotq́ illuſtres familię antiquę dominia amittent, haud facile hoc narrari poſſet, & permaxime in Italia contingeţ. Quot reſpublicæ per vim & cū dolore, ſuos ſtatus & libertates amittēt, & alijs dominis atq; externis ſubijciētur. Florēcia, Luca, Ianua, Venetię, & alię quoq; reſpublicę prędicto fato erūt ſubiectę nec euadere poterūt. Et quo tardius id fiet, eo durius infeliciusq́ eueniet eis & eo fato premētur. Nā tam ardua diraq́ nec nō ſæuiſſima bella inter Gallos atq; Germanos & Hiſpanos ac inter eorum reges oritura ſunt inter quos Angli Italiq́ miſcebuntur & etiam Turcę ad ea à Chriſtianis in auxiliū vocabūtur. Itaq; tunc videbitur quod totus ſtatus orbis ſit ruiturus, & omnes pręconfuſione rerum timebunt vltimam ruinam. Multi contra Romanum Imperatorem & ſuos ferociter ferentur & ibunt, ſed Romanus Imperator tāta vi repente contra hoſtes ſuos præter omnem ſpē & opinionem inſurget, quod cōtra omne iudicium opprimet eos, ſuperabit ac vincet, & Gallorum regem aut interficiet, aut ſecūdo capiet. Tandem tamen gladio concidet aut amiſſo regno, filijs calamitatibus oppreſſis, ducibusq́

ſuis interfectis vitã finiet,& tũc vltra Gallorũ laus ſub aquila volabit. Tũ Galli infelices erũt.

Anglus quoq; rex Gallicis ruinis non longe diſſimilia pertimeſcat infortunia. Poterit & ipſe cum ſuis aduerſam experiri fortunam,& ingenti ſtrage proſterni,quia tutũ non eſt ſed fatuum contra fata niti,ſapiens tamen dominabitur aſtris. Hiſpani multis victorijs augebuntur. Gemina Hiſpanorum regna ſub vno rege conuolabunt. Auaricia fœdabuntur & eos Italia grauiter peſſundabit. Et multas Italiæ partes Affricamq; totam ſubijcient Romano imperatori. Romanus Imperator Germanuſq; & Vngarus indiſſolubili iungentur amicitia & inuicem auxiliabuntur,& ſe iuuabunt auxiliaribus armis. Angli modo cũ Imperatore, modo cum Gallis erunt,nuncq; cum his, nunc vero cum alijs erunt. Firmam ſtationem non tenebunt nec habebũt. Sed caueant,ne ſuo ſtudio aut opinione fallantur. Germani cum Vngaris mediante rege confœderabuntur, ac firmius cohærebunt. Veneti modo his modo illis adhærebunt,adeo vt ab omnibus vti perfidi reputentur,& magna veniet ſuper eos inſperata ruina. Nam deſtructis Gallis & eorum rege interfecto, Florentia Ianuaq; occultorum ac manifeſtorum criminum ſuorum crudeles

dabunt

dabunt pœnas.Mediolanum in ipſa Gallorum concidet ruina . Poſtea Venetis manent crudelia fata.Peſtibus ſęuiſſimis cõſumentur.Et nouis bellandi artibus,ac ab inauditi generis exercitu ipſęmet Venetiæ expugnabũtur, ac alienæ ditioni erunt ſubiectę . Aſtra quidem mouent virorum bellatorum ingenia,nec crudeli fato obuiam venire poterunt.Clamabunt nec exaudiētur,nec quiſquam eorum miſerebitur. Et adducet dominus ſuper eos omnem ruinã, quam ipſi ſuper alios artibus induxerũt,& potentes potenter patientur. Concludet eos dominus in manus inimici , & ſapientes ſapientia eorũ perdet,nec ſcient vulneri ſuo aliquod remedium afferre,propter eorum grauiſſima peccata quę in Chriſtum & in rempublicam ac religionem,Chriſtianam cõmiſſuri ſunt,& quę commiſere.Et tunc ad Turcarum auxilia,iam non ſecrete,ſed palam & manifeſte confugient, & Othomannorum familiam Imperatorum ac gentem,ſecum in ruinam trahent. Veruntamẽ victis hoſtibus huiuſmodi,velint,nolint,victas dabunt ac tradent manus,& ab eis canticũ Hieremię atq; lamentatio cantabitur.Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Cumq; eorum prædicere interitum abſq; lachrymis nequeam,quoniam de me bene meritos non poſ

ſum non amare. hæc tamen illis prædicere vo-
lui, vt non ignorarent quam viam ad eorum ſa
lutē capere valeant. Sed tamen obcęcatum fiet
cor eorum quod ſępe contingit. quia neſcimus
credere cœlo, materiā'q; magnam ſtrui per vo
ta ruinæ & ab ea ſępe ſeducimur, atq; cum per
uenerimus vt peccatorū pœnitentes, futuris ac
imminentibus malis remedium aliquid afferre
non valemus. Ad immaniſſimas Turcas ratio
cinationem meam & ſermonem meum iā cōn
uerto, quos longum latum'q; ac magnum im-
perium diuitiarum'q; magnitudo & frequētiū
gloria victoriarum tantum attollunt, vt ani-
mo ſpei'q; eorum (vę eis) non putent ipſum poſ
ſe reſiſtere cœlum, atque iccirco ad totius orbis
imperium aſpirabunt. Aſſyrios, Aegyptios, at
que Armenos, Parthos, & Perſas magnis prę
lijs fractos maximis bellis ſtratos ſuperabunt;
Perſas, & Aegyptios continuis prælijs & bel-
lis moleſtabunt ac infeſtabunt. Cum hijs va-
riam ſortientur fortunam. Nunc enim eos
ſuperabunt, nunc ab ilſis ſuperabuntur. Pluries
contra eos victores & ſuperiores euadent &
quandoque ſuccumbent, magna tamen ſuorū
ſtrage. In Chriſtianos ipſe Turcarum Impera
tor arma mouebit. Venetis etiam multa dam-
na & multiplicia inferet, poſt amicus eorum fa
ctus

ctus Belgradum in ditionē ſuam recipiet, Rhodum ſuperabit, Pannoniam Vngariamq́ multis cladibus afficiet. Tandem vi eam intrans ac regem eorum bello lacerans ſimul & Imperatorem Romanum Germanosq́ duriſſimis bellis tentans in eorum manus cadet, ſed prius Apuliam intrabit, Siciliam & Galliæ Hiſpaniçq́ littora claſſe ſua necnon & Italiam moleſtabit & affliget. Terrorem magnum Chriſtianis incutiet immittetq́, ſed Chriſtus tādem ſuorum per illos ſtragem diutius non feret. Furorem nempe Germanorum, Vngarorūq́ militiam, & Hiſpanorum, Italorumq́ ingenia contra eū adducet, & tandem ſuperatus in prælio, interficietur. Et tali de negocio Hungarorū regis laus prima erit. Nam vt aſtra prędicūt dicti regis auſpicijs, ingenio, induſtriaq́ ac ductu omnia hæc quæ de morte immaniſſimi Othomānorum Imperatoris & victoria contra eū per Chriſtanos ſunt habenda, perficientur. Othomanni namq́ domus in xiij. xiiij. vel xv. capite deficiet, neq́ numerum excedet. Tunc enim horrendo concidet caſu. Et ex hac Turcarum Imperatoris morte tanta orietur inter duces eorum & Othomannos diſcordia, quod ad inuicem & ab externis interficiētur & deſtruētur. Et tota Gręcia ruinis & externis bellis fer

naſcẽtibus permiſcebitur, atq; affligetur. Peſtéq; ac fame laborãs ſęuiſſimis vltra modũ excruciabitur, & exinanietur, nec ſibi paululũ reſpirandi tẽpus præſtabitur aut locus, donec penè tota pereat & corruat. Tũc Chriſtiani omnes vno animo vnoq; impetu alacres mare trãſibunt, & velocitate tanta & tot copijs ac tantis, vt quaſi totam terram Chriſtianorum in Oriẽtem volare potius quàm ire credẽdũ ſit. Sed prius Veneti & ipſi malis omnibus afflicti ſuccumbent, quàm hęc fiant. Tũc videbis Turcas ad fidem Chriſti cõuolare. Tunc Chriſtiani qui Chriſtum abnegauerũt, ad eius ſuaue iugum reuertentur, & gemina Imperia ſub vno conuolabunt Imperatore. Africaq; ſanguinolẽtis bellis deuaſtabitur, peſteq; ſęuiſſima laborãs ac multis afflicta calamitatibus & ipſa Hiſpano regi victas cogetur dare manus. Ad hoc accedet ſtultiſſimi Penorũ regis ſtultiſſima proles diſcordijs agitata, & de Numida Afriſq; cõtẽdens, imperiũ Africę dũ quiſq; conabitur habere atq; regere, rem equidem viribus imparẽ nitet. Et ad tãtã demum prorumpet inſaniam, vt externo maluerit ſubijci regi, quã fratri, & paternũ regnum ad Hiſpanos potius peruenire, quã apud ſuos permanere. Hæc odia proxima inter fratres oriri incipient, & aliquamdiu

diſſi-

diſſimulata erunt. In principio parũ cõtendẽt ad inuicem, poſt ea in apertas inimicitias deuenientes ad miſeriam & inſaniam atque extremam dementiam atq; anguſtiã ducentur, & furore ad inuicẽ agitati, quęq; ad perniciẽ fraternam facere arbitrabuntur. Sicq; dum ad externa conſilia confugient, & à ſuis & ab alienis vi cõpulſi cadent, & in manus Chriſtianorũ Africę perueniet regnum. Nec ceſſabũt aut deſinẽt Hiſpani ad vlteriora procedere, donec omnia Meridiana ad extremam vſq; Indiam ſibi ſubijcient. Sed ſuã gloriã auaritia luxuriaq; aliquãtulũ denigrabunt, prædaq; ingentiſſima ab omni parte gẽteq; abducta ſupra quã credi poteſt ditabũtur. Sicq; domini noſtri Ieſu Chriſti vexillũ ad Oriẽtales partes cũ gloria portabitur & Mahumetana ſecta ceſſabit, & paſſim Mahumetani & Indi atq; Iudęi ad Chriſti baptiſma cõuolabunt. Cui ſit honor & gloria in ſ. ſ. Amẽ

Hæc ſcripſiſſe voluerim & tibi rex ſereniſſime direxiſſe, vt nõnullam ex hoc caperes voluptatem, & in eo tãquã in ſpeculo futura proſpiciẽs quæ ventura erũt prænoſcas, & beneficiorum à te acceptorum non immemor hoc vaticiniũ gratiarum loco offero, qui obſecro, nõ donũ ſed mittentis cor aſpiciens benigne accipias, & Torquati tui ſemper in bonum ſis memor.

FINIS.

AD LECTOREM EPISTOLA.

NOn tam contemnenda res eſt Geographia, optime lector, vt pleriq; ex vulgi numero exiſtimarunt. Nam quid homini eſſe poteſt dignius, quid laudabilius, q̃ ſi multorum populorum mores cognorit & vrbes? quàm vt abſq; vlla ambiguitate regnorũ diuerſorum flumina, ſyluas, & mõtes, tãquam digitos proprios, cognitos habeat? Quanquã autem impoſſibile ſit publice vniuerſis, vniuerſi huius inferioris orbis regna peruagari, ac omnia oculis contemplari, tamẽ nemo eſt, qui non capiatur dulcedine quadam, cũ huiuſmodi gentium mores, ritus, leges, locorumq; vbi degunt, ſitus, aut legerit, aut legere audierit. Sic legimus Pythagoram, poſt longam huc, illucq; demum peregrinationem, Philoſophiæ ſuæ arcana, palam feciſſe. Et Plato poſtquam multa & vidit & didicit, Academicam inſtituiſſe legitur. Nec minus Ariſtoteles in rerum cognitionem venit, cũ Peripateticorum ſectam ſtabiliuit. Solon niſi multa, prius & vidiſſet & didiciſſet, nunquam Athenienſibus ſuis, leges ſuas, vt ſeruarẽt, perſuaſiſſet. Et Lycurgus Lacedæmonios ſuos, ſub iugum legum ſuarum nunquam miſiſſet, niſi perſuaſiſſet eas rationi,

ac ipſi etiam communi hominum vitæ conue
nire. Vnde illæ apud Homerum de Vlyſſe, lau
des, niſi quia ſapienter, multorum populorum
mores vidit & vrbes: ex quibus ipſe tanquam
in ſpeculo quodam virtutis imaginem eſt con
templatus. Virgilius Aenæam ſuũ, per varios
caſus, per tot diſcrimina rerum, veniſſe in La-
tium, ſedes vbi fata quietas oſtendebant, elegã
tiſſimè deſcripſit, quodq; nouum in Italia au-
ſpicatus ſit regnum, non ſine magna rerum ex
perientia. Mitridates rex Ponti, quinquaginta
nationum linguis eſt loquutus, quem profe-
cto vna multarum rerum & populorũ cogni
tio fecit peritũ. Porro etſi hæc charta, nõ vni
uerſum ſimul complectitur orbem, quia tamẽ
multo plura, quàm reliquæ, quæ hactenus in-
uulgatæ ſunt Europæ deſcriptiones compre-
hendit, non poteſt non eſſe vtiliſſima. In Aſia
& Aphrica paucis annis, tanta facta eſt innoua
tio & morum & legum, vt iam in ipſa Aſia A-
ſiam deſiderare poſſis: & in Aphrica, ne ipſam
Aphricam videre liceat: Nã Turcæ omnia va-
ſtarunt, quæcunq; in Aſia præclara fuerũt. Om
nem deniq; Armeniam, Arabiam, Perſiam, Sy
riam, Aſſyriam. Mediam, ſub poteſtatem, tur-
piter quidẽ redigere conati ſunt. In Aphrica,
Aegyptus, Numidia, Libya, Mauritania, im-

manem manum ſenſerũt. Porro in Europa totam Græciam ſubiugarũt ſibi Turcæ, Myſiam quoq; & Thraciam. Hungariam penè vniuerſam, adeo non deſolatam reddiderunt. Auſtria ſecundo iam, quid poſſint, non ſine ingenti rerum ſuarum iactura, experta eſt. Nam Turcæ non vnam dumtaxat, habitabilis orbis, partem ſibi ſubdiderunt, ſed ea quoq; regna quæ longiſſime ſunt diſſita, bello laceſſere ſunt auſi. Qui in Scythia, ſiue, vt vocant, Tartaria ſunt hodie populi, magno imperatori Chami, parent, neque Chriſtianam religionem amplectuntur, ſed Solem & Lunam, nonnulli reliquam cœli militiam adorare dicuntur. Qui inter eos Chriſtiano nomine gloriantur, Paulini vocantur. Qui in India & Aethiopia populi ſunt, magnus ille Ioannes, cognomento Preſbyter, regit: ſunt autem & hi varias in ſectas partiti. Hæc eo tendunt, candide lector, vt cognoſcas, quàm pauci ſint ſub ipſo Sole, qui vere Chriſtum agnoſcant, quàm multi, qui nos & noſtram fidem auerſantur. Omnes enim populi, aut ſunt idololatræ, aut alioqui Chriſtum non, vt dignum eſt, recipiunt, præterquàm Germani, Itali, Hiſpani, Galli, Angli, Dani, Poloni. Sed veniamus ad ea loca, quæ ſunt Europæ noſtræ contigua, atque primum de Aphrica,

phrica, Aethiopiaque pauca equidem diſſeremus. Vale.

DE APHRICA ET Aethiopia. Caput.I.

VT ſcire poſſis in qua orbis parte, quodlibet regnum, ſiue prouincia, ſita ſit: Ideo primum Aethiopiam in Aphrica ſitam eſſe memineris. Porro Aphrica, Nilo ab oriente, à reliquis partibus mari terminatur, eſtq; paulo quàm Europa breuior, at vbi mare attingit latior. Quantum inhabitatur fertilis eſt. Verum maior pars inculta iacet, nam vel ab harenis ſterilibus obducta eſt, vel ob ſitum cœli deſerta, vel venenoſo animalium genere infecta.

Aethiopia vero duplex eſt, vna Aſiæ, altera Aphricæ: Sed quæ eſt in Aphrica, ad orientem rubro & barbarico mari alluitur, ad ſeptentrionem Libyæ & Aegypto contigua, ad occaſum habet interiorem Libyam, ſed ad meridiẽ, alteri iungitur Aethiopiæ. Primo deorum cultus apud eos inſtitutus eſſe perhibetur, primæq; ſacrorum ceremoniæ. Hodie rex eorum tam potens eſſe dicitur, vt duobus & ſexaginta alijs regibus imperitare nõ dubitet. In Aethiopia Epiſcoporum magnus numerus eſt, Aethiopia

eorum

eorum ſacerdotes, procreandæ prolis gratia, vxores ducunt. Veteri inſtituto rex in aperto agit, nec ſe intra mœnia plus biduo continet. Decies centum milia hominum ad bellum inſtruit, quingentos Elephantes, Equorum ad hæc & Camelorum ingentem numerũ, & hæc vel mediocri rerum motu.

DE AEGYPTO. CAP. II.

Aegyptus regio Aphricæ, vel ſecundum aliquos Aphricæ proxima, habet ab oriente mare rubrum, ab occaſu Cyrenem: à meridie vſq; ad Aethiopiam protenditur, à ſeptẽtrione mare habet Aegyptium. Olim fere vniuerſi populi mores & leges ab Aegyptijs mutuarunt, id quod de Orphæo, poetæ teſtantur. Imo etiam Lycurgus, Lacedæmonijs, & Solon Athenienſibus leges ſuas, ab Aegyptijs ſumptas inuulgarunt. Præterea Aegyptij in tantam nominis celebritatem venerant, vt iam nemo ſapiens, aut doctus dici crederetur, niſi Aegyptios vates adijſſet. Nam, vt clari rerum ſcriptores teſtati ſunt, Pythagoras & Plato, quiſq; ſuam philoſophiam in Aegypto didicit.

DE NVMIDIA. CAP. III.

Numidia & ipſa, in Aphrica numeratur, & Pœni, Carthaginenſes quoq;, Getuli Garamantes, Troglodytæ, & aliæ cõplures gentes, quarum

rum nomina in præſentia ſuperfluum fuerit recenſere. Romani olim, cum eos qui patriam læſiſſent, punire vellent, vel in Aphricam vel in Pontum, relegebant, vt ſic apud barbaras gentes, recordatione patriȩ quotidie in animo punirentur. Atq; de Aphrica iā dictum ſit ſatis.

DE ASIA. CAP. IIII.

Congruum nūc fuerit de Aſia, pauca ex ordine, demōſtrare. Tam lata, tam patens eſt Aſia, vt Aphrica & Europa, reliquæ duæ partes, non magis complectantur, quàm hęc ſola. Prouincias habet multas, vbi Aphricam aſpicit, Arabia eſt, regio tripliciter diuiſa, vna petræa, altera deſerta, tertia fœlix appellatur. Huic Panchaia, Sabæaq; adnumerantur. Habet Sabæa myrrham & thus, quæ res gentis potiſſimæ ſunt diuitiæ, præterea nullibi aurum melius, q̄ in Arabia. Panchaia vino optimo fertilis, thure quoq; & myrrha nō expers; aliarumq; aromatici generis ſpecierum, quas primum mercatores in poteſtatem ſuam redigunt, deinde in Phœniciam, Syriam, Aegyptumq; afferentes, donec hiſce rebus vniuerſum mundū ceperint

DE ASSYRIA. CAP. V.

Aſſyria, hodie Syria appellatur, Habet ab ortu Indiam, ab occaſu Tygrim fluuium, à me

ridie Mediam, à ſeptentrione Caucaſum montem. Raro in Aſſyria pluuiæ. Quicquid in ea frumentorum prouenit, fluminis irrigatione paratur, non ſua ſponte vt in Aegypto, ſed accolarum ingenio & labore, tanta alioqui vbertas ſoli eſt, vt ducentena, nonnunquam etiam decentena meſſe redundare dicant. Palmis veſcuntur, ex quibus vinum & mel conficiunt. In Aſſyria, Babylō illa, ciuitas magna ſita eſt, ad quam olim populus Iſraeliticus, iuxta Hieremiæ Prophetæ ſancti, vaticinium, captiuus ductus eſt, atq; poſt annos ſeptuaginta tandem libertati donatus. In ea Daniel propheta, non pauca de regno Chriſti, ac Antichriſti prophetauit, quæ partim iam impleta, partim implenda non dubitamus.

DE PALESTINA CAP. VI.

Paleſtina, quæ & Iudæa vocatur. Sacræ hiſtoriæ cum Ioſepho, Cananæam appellant, terra variarum opum diuēs, fructibus fertilis, aquis amœna, balſamo opima. Porro quæ Iudæorum leges fuerint, qui ſcire volet, illum ego ad libros potiſſimum Moſi remitto. Erāt olim inter Iudæos ſectæ quàmplurimæ, inter quas tres erant, quæ reliquas ſānctimonia vitę vincere exiſtimarūt. Eſſæi, Saducæi, Phariſæi. Et quidē de Eſſæis, Ioſephus nòn pauca in lite

ras

ras retulit. At Saducæos & Phariſæos Euangeliſtæ etiam perſtringunt.

DE MEDIA CAP. VII.

Media, à ſeptentrione, mari Hyrcano terminatur ab occaſu maiori Armenia & Aſſyria, ab oriente Hyrcania, à meridie Perſia. Sagittandi equitandiq́ſtudiũ genti præcipuũ ac pene peculiare. Olim proprium habebant Medi regnum. Regio eſt ſterilis, vbi ad ſeptẽtrionem porrigitur. Hinc ex pomis, in hunc vſum contuſis, maſſam conficiunt, ex toſtis amygdalis panem, ex herbarum radicibus potum, carnibus autem ferinis, vt plurimum victitant.

DE PARTHIA. CAP. VIII.

Parthia, à ſeptentrione habet Hyrcaniam, ab occaſu Ariam, ab oriente Mediam, & à meridie rubrum mare. Regio eſt nemoroſa, montana, & inops frugum. Hæc gens olim Macedonibus ſeruiuit. Atqui procedẽte deinde tempore, ea fuit huius gentis virtus, vt nõ tantum finitimis gentibus imperaret, ſed etiam à Romanis omnium gentium victoribus bello petita, eos magnis cladibus victos affecerit. Trogus illis oriẽtis imperium tribuit, velut diuiſione orbis, cum Romanis, facta. Gens in libidinẽ prona, fides dictis, promiſſisq́ nulla, niſi quatenus ex re quiſq; ſua conijcere poteſt.

DE

DE PERSIA. CAP. IX.

Perſia, à ſeptentrione Medis terminatur, ab occaſu Suſiana, ab ortu, duabus Carmanijs, à meridie, parte ſinus Perſici. Fuerunt olim Perſæ armorum gloria laudati, quippe qui regnũ ex Medis ad ſuos traduxerint. Porro paucos ante annos, Turcæ magnis illos cladibus affi-cientes, omnia pene in Perſia vaſtarunt. Hinc nulla hodie antiquæ laudis veſtigia ſuperſunt, tam ſũt omnia per Turcas in abominationem deducta, vt penitus à veteri gloria excidiſſe videantur Perſæ.

DE INDIA. CAP. X.

India orientalis regio, terminus Aſiæ, tã vaſta perhibetur, vt eam tertiam omnium terrarum partem quidam tradere non dubitarint. Gentes habet plurimas, vt ſunt Muſicani, quorum vita, vſque in annum centeſimum & trigeſimum extenditur. Seres paulo diutius durare dicuntur. Habuit olim India Gymnoſophiſtas, atque Bracmanas, de quibus Philoſtratus multa, & diuus Hieronymus in prologo Bibliorum meminit, Sunt præterea in India populi, qui loco monſtrorum habentur, Cynocæphali, Monoculi, Auriti, Monopedes.

DE SCYTHIA, AC TARtaria. Caput XI.

Scythæ

Scythæ populus ſeptentrionalis. Ea primũ natio iuxta Araxim flumen, paruo numero prõpter ignobilitatem contempta, conſedit, nacta deinde regẽ militari virtute inſignẽ, agros ampliauit. Ab alieno imperio intacti, aut inuicti Scythæ ſemper manſerunt. Darium Perſarum regem, turpi, à Scythia ſubmouere fuga. Cyrũ cũ omni exercitu, trucidarunt. Alexandri magni ducẽ cum copijs vniuerſis, deleuerunt. Romanorũ arma audiuerunt, nõ ſenſerũt. In ſumma, Gens eſt & laboribus & bellis aſpera.

Porrò Tartaria, à fluuio Tartar, qui per eã labitur, appellatur. Hæc terra ab oriente Catheorum ac Solangorum terram habet, à meridie Sarracenos aſpicit, ab occidente Naymãnos, & ab aquilone, oceano clauditur. Duri ac feri vbiq; gentis mores: Terra ſterilis, & ob eam cauſſam multum deſerta, & infrequens. Sunt hodie in Tartaria Armeni habitantes qui fidẽ Chriſti ſe habere iactant, ſed duas in Chriſto eſſe naturas, id pernegant. Purgatoriũ ignem, poſt mortem ſupereſſe, minus quàm vllam aliam rem credunt.

SEQVITVR TERTIA PARS orbis habitabilis, Europa: & primo de Hiſpania, regniſq; ipſius:

Hiſpania Europæ regio eſt, olim Iberia,

deinde etiam Heſperia vocitata: at noſtris temporibus in quinque integra ac florentiſſima regna diuiditur: primum Legionis & Caſtellæ. Secundum Aragonũ, Tertiũ Nauarræ. Quartum Luſitaniæ, quod & Portugalliæ dicitur. Quintum Beticæ, quam Granatam perhibẽt. Hiſpania oceano, & Pyrenæis montibus clauditur, terris optimis comparanda, cũ ſoli vbertate, tũ frugum copia. Non violento ſole torretur, vt Aphrica, neque aſſiduis ventis, vt Gallia, fatigatur, ſed ſalubritas cęli per omnẽ regionẽ æqualis. Curſus amniũ nõ torrentes, rapidique, vt noceant, ſed lenes, & vineis cãpiſque irrigui, æſtuarijſque oceani affatim piſcoſi. In nulla tamen re magis cõmodata eſt, atque equorũ pernicitate, quos ibi à vento cõcipi memoriç proditũ eſt. A montibus Pyrenæis incipit, & per columnas Herculis circuiens vſque in Borealem oceanũ protenditur, ita vt omnia, in eo circuitu ad Hiſpaniã ſpectent. Decẽ milibus ſtadijs, vt Apianus ſcribit, eius latitudo commenſuratur, longitudo prorſus eadẽ eſſe uidetur, ab vna tantũ parte. ſ. Pyrenæi montis dorſo Galliæ adhæret, à reliquis omnibus mari cingitur. Hodie hæc vniuerſa, Caroli Romanorũ Imperatoris V. equidem non illibenter imperium ſequuntur.

DE ANGLIA.

Anglia

Anglia quæ & Britānia ab eruditis dicitur, inſignis in oceano inſula. Hæc vndiq; à circunfuſo mari cōplexa eſt, nuſq̃ iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa. Ambitus Angliæ quadrageſies octies & 75. milibus paſſuū conſtat. Dies lōgiſſimus horarū 17. deprehenditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes. Hęc terra pecorū & lanificij abundans, Lupos nō gignit, nec illatos nutrit. Aurū habet, & argentū, plumbumq;, & cuprum. Nec item margaritis caret. Reperitur hic lapis Gagates, qui in aqua ardet, nec extingui, niſi oleo, poteſt.

Scotia, Angliæ pars eſt ad ſeptentrionē, tenui freto, ab inſula dirēpta: nec procul hinc Hybernia eſt, quā Hyrlandiam vulgo dicunt, Scotos aliorum mortalium contemptores eſſe, à multis eſt proditum. Nam in tantum nobilitatem ſuam oſtentare ſolēt, vt in ſumma rerum inopia degentes, ad regiam tamen ſtirpem, genus ſuum referre non dubitent.

Hybernia inter ſeptentrionem & occidentem poſita, dimidio, quàm Britannia minor. Inſula adeo pabuloſa, vt ibi pecuaria, niſi ęſtate à paſtibus arceantur, in periculum agat ſaties. Nullum noxium gignit animal. Gens eſt inhoſpitalis, inculta, crudelis. Viris ſumma gloria in armis eſt. Carne, lacte, & pomis *Hybernia*

potiſſimum victitant. Venationi ac ludis, magis quàm agreſtibus operibus dediti.

Thyle. Sequitur poſt hæc, Thyle inſularũ, quæ circum Britãniam ſunt, vltima: in qua æſtiuó ſolſtitio, faciente ſole tranſitum per Cancrũ, nox ferè nulla: quum verò Capricornum peragrarit, perinde nullus dies.

DE GALLIA

Gallia, Pyrenæis iugis ad occaſum: ad ſeptẽtrionem, Gallico, Britannicoq́ oceano: ab oriente, Rhenum habet: à meridie Narbonenſe illi prætenditur pelagus. Galliam in tres prouincias Hiſtorici diuiſerũt, in Belgicam ſcilicet & Celticã & Aquitanicam, terminos eorum ita ſtatuentes, vt à Scalde ad Sequanam Belgicà ſit dicta. Mox Celtica ab eo ad Garundam, quæ etiam eſt Lugdunenſis, Inde ad Pyrenæi excurſum Aquitanica. Fallũtur hodie qui Helueriam, Lothoringiam, Lucelburgam, Burgũdiam, Brabantiam, Gelrhiam, Holandiam, Selandiamq́, Galliæ annumerare contendũt. Nihil enim Galli, armata manu in Germania feliciter egerunt vnquam, Quæ hic dicẽda eſſent, paulo longiorem diſputationem requirunt. Quare ad Gallorum mores redeundum nobis. Gallis nihil tam eſt commune vniuerſis, atque factiones exercere, quæ non in vrbibus

& pa

& pagis ſolum, ſed in ſingulis pene familijs reperiuntur. Nã qui alijs ingenio & opibus præſtant, ſemper de principatu inter ſeſe contendere ſolent. Gens prona in Venerem, vnde neq; virginum, neq; honeſtarum matronarum, vbi victores in bello euaſerint, reſpectus. Ad omnem fortunam, pro arbitrio, fidem inuertere dicuntur. Quanquam & Gallos, Deus optim. max. ſuis donis non penitus deſtituit. Nam q̊d diximus, hoc habent cum multis alijs commune. Proinde Bap. Mantuanus, eleganti carmine, mores & ingenia Gallorum, in Dionyſio ſuo, eſt complexus.

Leti, alacres, luſu, choreis, & carmine gaudẽt,
In Venerem proni, proni in conuiuia, proni
Ante dapes ad ſacra Deum, ſeruire, jugumq;
Ferre negãt, fugiũt figmẽta, & hypocriſin, ore
Liberi, vt ingenuis mos eſt, tetricosq; peroſi,
Venatu, aucupio, campos, montana, lacusq;
Sollicitant, bellandi vſu lætantur, & cætera.

DE ITALIA.

Olim Italiam, Heſperiam vocitatam accepimus, quemadmodum Hiſpaniã: Deinde Oenotriam, à rege Oenotrio, appellarunt. Tandẽq; Italia eſt dicta, ab Italo rege, id quod poeta Virgilius, præclare equidem ad poſteros ſcriptum tranſmiſit, ſic dicens:

Eſt locus Heſperiam Graij cognomine dicūt,
Terra antiqua, potes armis, atq; vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri, nunc fama minoris
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Vbi hoſtia ſunt Tyberina, Latium vocatur, Auſonia vero vbi Tyrrhenum aſpicit. Longitudinem Italiæ, decies centena & viginti millia paſſuum, eſſe dicit Solinus. Latitudine autem quadraginta decem, aut certe, vbi eſt contractior, centum triginta ſex. Sunt in Italia multæ regiones vt Liguria, Hetruria, Campania, Lucania, Calabria, Apulia, & aliæ. Apenninus mons totam Italiam, velut in duas diuidit plagas, hanc ad occaſum & ad meridiem, illã ad Boream & ortum obuerſam. Regio eſt fertilis: Nam aprici colles in ea, innoxij ſaltus, opaca nemora, mira frugum, vitium, olearũ fertilitas: flumina, fontes q; ſaluberrimi, portus plurimi, vt vere dixerit quiſquis ille fuit: Italia rerum parens & alumna.

DE GERMANIA.

Germania in duas partes diuiditur, in ſuperiorem & inferiorem. Pars quæ Alpibus propinquior eſt, ſuperior, altera ad Boream & Oceanũ verſa inferior Germania vocatur. Vtraque plures habet prouincias: ſuperior habet Auſtriam, Styriam, Bauariam, Atheſim, Rhetiam,

tiam, Heluetiam, Sueuiam, prouincias ad Rhenum ſitas, vſq; quo Moganus in Rhenum influit. Inferior vero habet Franciæ orientalis partem, Heſſorum ditionem, Lothoringiam, Brabantiam, Gelriam, Selandiam, Holandiã, Phriſiam, Flandriam, Vueſtualiã, Saxoniam, Daciam, Pomeraniam, Liuoniam, Pruſſiam, Sileſiam, Morauiam, Boemiam, Myſnam, Marchiam Brandenburgẽ. Thuringiam. Fuit olim Germania, vt Cornelius Tacitus teſtatur, in vniuerſum aut ſyluis horrida aut paludibus fœda, humidior qua Gallias, ventoſior qua Noricum ac Pannoniam aſpicit. Hodie pulcherrimis vrbibus, caſtris, ac pagis refertiſſima, vt nec Italiæ, nec Galliæ, neq; Hiſpaniæ cedere dicas. Habet frumenta, vineta, amnes piſcoſos, quibus facile cum fertiliſſimis prouincijs certare poſſit. Sunt fontes aquæ dulcis, ſunt thermæ calidæ, ſunt aquæ, quæ vini ſaporem referunt, ſunt mineræ ſalis plurimæ, Metallorum autem copia, nullis vnquam ceſſura eſt regnis. Quin etiam vrbanitas, & ciuilitas morũ, veſtitus honeſtus, rei militaris peritia, apparatuſque bellorum, & nobilitas nullibi, reor, maiori in precio ſunt, atq; apud Germanos. Flumina celebriora Germaniæ ſunt, Danubius, Rhenus, Oenus, Moganus, Necharus, Albis,

Sala, Odera. Sed nunc pauca de membris Germaniæ dicemus.

DE SAXONIA.

Saxonia, ab aquilone Dacos habet, & mare Balteum, ab occaſu Viſeram, vel, vt quidã volunt, Rhenum, à meridie Franciam orientalẽ, ab oriẽte Prutenos. Olim in quatuor differẽtias partiti erant Saxones. Primo nobiles, deinde liberi, tertio liberti, vltimo ſerui erant. Cautúmque id erat legibus, ne quis ſortis ſuæ oblitus, terminos in copulandis coniugijs tranſgrederetur, qui ſecus feciſſet, non ſine vitæ ſuæ diſpendio id luebat. Terra rerum omnium ferax. Argenti, æriſq; diues. Cibus Saxonum durus, lardo, aridæ hilæ, cæpæ crudæ, butyro ſalſo potiſſimum veſcuntur, atq; huiuſmodi cibis, à cunabulis, vt dicitur, aſſueſcunt. Sed hæc ab alijs petenda. Non enim hiſtoriam ſcribimus, ſed Epitomen.

DE VVESTVALIA.

Vueſtualia, Rhenum habet ab occidẽte, Viſurgum ſiue Viſeram ab oriente, Phryſiam & Holãdiam, ab aquilone, ſed Obnobios mõtes, à meridie. Hos populos Carolus cognomẽto magnus, ad fidẽ Chriſti, non ſine armis, adduxit. Qui ſæpius in priſtinã idololatriã relapſi, tandem per Carolum magnũ, conſtituti ſunt qui

qui metu pœnæ gentis temeritatem compeſce rent. Nam iudices conſtituit, qui vt fregiſſe fidem cognoſcerent quempiam, mox illum, pro arbitrio ſuo necarēt, nulla vel citatione vel ex purgatione præuia. Quæ lex, ſiue poteſtas ad malos tandem tranſlata eſt viros, cœperuntq́; iam non malis, ſed bonis etiā viris inſidias ten dere, Sed hodie prudētia principum decretum eſt, ne quid poſt hac tam ſceleratis hominibus in quēquam ſuorum ſubditorum liceat. Neq; enim ferre poſſunt iniquos iudices Germani. Vueſtuali alioqui ingenioſi ſunt, ac bellicoſi. Hinc prouerbium natum eſt, Vueſtualiā vicio ſos, ac fallaces gignere magis quam ſtultos.

DE FRANCIA ORIENTALI.

Francia, ab aquilone Obnobios montes, ac Thuringię populos habet, à meridie Sueuiam, Bauariāq́;, ab oriente Boemos, ab occaſu, Rhenum. Regio, frumenti, viníque fertilis. Sylua Hercynia, per circuitum obfirmatur, ac veluti muro aliquo natiuo clauditur. Herbipolenſis Pontifex, terræ huius ducatum habet, vnde in diplomatis, non tantum Epiſcopum ſe dicit Herbipolenſem, ſed & addit, Ducem Franciæ orientalis. Quare dum ſacrum facit, in ara denudatum illi gladium, ob oculos ponunt.

DE SVEVIA.

Sueuia, ab oriente habet Bauaros, ab occidente Heluetios & Rhenum, à meridie Alpes, à ſeptentrione Franciam. Hæc regio duobus amenisſimis fluminibus irrigatur, Rheno & Danubio, quarum ille in occidentem tendens oceano miſcetur, hic vero in orientem, per innumeras gentes volutatus, pontum influit. Terra fertilis, nec vlla pars ob populi multitudinem, inculta relinquitur. Gens fortis, audax, bellicoſa, corpore procera, flauo crine, venuſta facie, ingenioq; ſingulari pdita. Cuius gloria euſq; creuiſſe memoratur, quod virtute & armis imperii orbis meruerit, illudq; vltra vnius ſeculi ſpacium magnificentisſime tenuit. Superfluum fuerit hic, quæ Cæſar in quarto commentariorum, quæq; Cornelius Tacitus de Sueuis prodiderunt, referre. Quare de Bauaris nunc dicemus.

DE BAVARIS.

Bauaria, Hungariam habet ab oriente. Sueuos ab occidente, Italiam à meridie, ab aquilone Franciam atq; Boemiam. Danubio inſigni fluuio, ex Sueuia profluere, irrigatur. Auſtriam, Styriam, atq; Charintiam in ſe comprehendit quod hi fere homines iiſdem moribus & lingua vtantur. Porro Charintia montana regio Alpes Italas & Forumiulii contingit, multę in

tæ valles,colleſq; feraces tritici,multi lacus,amnes non pauci,quorum præcipuus Drauus,qui per Styriam ac Pannoniam in Danubium fertur,ipſo Sauo non inferior.

DE HVNGARIA.

Habet Hungaria ad occaſum Auſtriam & Boemiam,ad meridiem Illirici partem,quæAdriatico obuerſa eſt pelago,ad ortũ habet Seruiam, ad aquilonem Poloni ac Moſchi habitant.Vrbs regia eſt Buda. Ager regionis,quatenus colitur,tritico fertilis,nec minus auro & argento diues. Homines feroces,& bello exercitati,equeſtri tamen prælio, magis quàm pedeſtri idonei. Cataphracto equite in bello vtũtur,& leui armatura. Nulla gens quæ Chriſto nomen dederit. Turcarũ arma magis exercuerit,nec vlla ab his rurſus magis exercitata eſt, tam æquo Marte,tam vario euentu eſt ſemper vtrinq; bellatum.

DE BOEMIA.

Boemia,Hungariam ab oriẽte habet,ad meridiem Bauari habitant,ad occidentem Noricus illi ager adiacet,ad arcton Polonia eſt ſita. Latitudo eius longitudini fere æqualis eſt. Sylua Hercinia, ceu muro natiuo vndique cingitur. Albi fluuio media irrigatur, atque quodã alio, Multauia nomine, ad cuius ripam ſita

eſt Praga, vrbs ampliſſima, ac totius regni caput. Boemi vndiq; licet circumſepti ſint Germanis, lingua tamen Germanica non loquuntur. In tẽplis ſolent Euangelion Germanica lingua populo proponere. Cęterũ in cęremonĳs idiomate vtuntur Boemico.

DE POLONIA.

Polonia, quæ etiã Sarmatia, duplex eſſe perhibetur, quarum quæ Saxonibus, Pruteniſque vicina eſt, maior Polonia, Altera quæ Hungariæ ac Ruſſiæ obiecta, minor eſt vocata. Eſtq; Polonia ad occidentem Sileſię contermina, ab aquilone Prutenos, & Maſſouitas habens, ab oriente vero Rutenos, ſed à meridie Hũgaros, Carpato interiacente monte, aſpicit. Cracouia totius regni caput. Solum ferax, tritici abũdãs: Eſtq; paſcuis idoneũ, quibus armẽta late equidem paſcuntur. Salem ſaxorũ duricie effodiũt, Poloni, eoq; nullum eſt in toto regno vberius vectigal.

DE LITHVANIA.

Lythuania, Polonię ad ortum connexa, noningẽtorum milium paſſuum circuitu, magna parte paluſtris, ac nemoroſa. Ob eam cauſſam raro in ea regione Oppida conſpiciuntur, & villarum incolatus infrequens eſt. Huius gentis diuitiæ pecora ſunt, pelleſq;, quas Zobelli-

nas, Harmelinasq́ vocāt, quibus regio inſigniter abundat. Ceræ, mellisq́ ferax. Olim ducem habuerunt, quem Magnum vocabant. Hodie vero Poloniæ regis imperata faciunt. Caput regionis Vilna eſt, quæ magnitudine ſua cum Cracouia Poloniæ, certare queat. Caſtra habet duo, cōtra omnem vim belli, munitiſſima, vnum in mōte, alterum in plano ſitum. Diſtat hæc ciuitas à Cracouia non minus miliaribus centum & viginti.

DE LIVONIA ET PRVSSIA.

Liuonia, Rutheniam ad aquilonem aſpicit, ab occaſu mare Sarmaticum, Pruſſia autem à meridie illi occurrit. Ad orientem habitāt Maſouitæ atque Poloni. Terra frugifera, amœna pecoris abundans. Cultus frequens piſcatus, & venatio multa. Eſt illic ad Sarmaticum mare ſinus incompertæ magnitudinis, cuius hoſtium ab occidente eſt, non procul à Cymbrica Cherſoneſo (Daciam hodie vocant) ad boreā huius ſinus, gentes habitant ſemiferæ, quibus cū nullum eſt linguæ commertium, ſed nutu duntaxat & ſignis permutāt merces. Eſt & alia regio Pruſſiæ contermina, Samogithiam vocant, ſyluis & fluminibus circumſepta. Eius longitudo ad quinquaginta miliaria extenditur. Gēs proceræ, pulchræq́ ſtaturæ, at moribus agreſtes

ſunt

ſunt & inculti.

DE RVSIA SIVE RVTHENIA.

Ruthenia, quæ & Podolia pars Sarmatiæ Poloniæ prætenditur, fluuio Peuce, ad ſeptentrionem includitur, ad orientem Moſcos habet, ad occidentem ſolem Liuoniam atq; Pruſſiã aſpicit. Inuenio etiã Ruthenos, olim Rhoxolanos dictos fuiſſe. Fertiliſſima regio eſt, Nam agros quotannis inuertere, opus nõ eſt, quod ſemel iniectum illis ſemen, tribus deinde perpetuis annis fructum ferre dicantur. Nam inter metendum, ſegete leniter excuſſa, alia in ſequentem annum ſua ſpõte creſcere ſolet. Magna apud eos copia apum.

DE THRATIA SIVE ROMANIA

Thratia, hodie Romania dicta, inter partes Scythiæ computatur, Macedoniam ſequitur, à ſeptentrione Iſtrum habet, ab oriente Põtum à meridie Egæum mare. Eius ciuitates ſunt, Nicopolis, Conſtantinopolis, imperij olim ſedes, ac totius oriẽtis caput. In Thratiam computantur Bulgaria, Valachia, atq; etiam ipſa Tranſyluania.

DE GRAECIA.

Quid tandem de vniuerſa dicam Græcia? vbi Chriſtus maiore ſtudio prædicatus eſt vnquam, atque in Græcia? Quæ vnquam terra

tot aluit inſignes, & eruditione & vitæ ſancti-
monia, viros. Hanc olim Muſarum Patriam,
gens barbara Turcæ, vniuerſæ politioris lite-
raturæ ignara, peccatis nimirum id noſtris exi-
gentibus, poſſidet. Porro de origine Turcarũ
non alia aſſeram, quàm quæ Ioannes Baptiſta
Egnatius Venetus de illis prodere non dubi-
tauit. Turcarum, inquit, tenuiſſima memoran-
tur primordia, & vt cæterarum gentium pla-
ne obſcura, Caſpij maris accolæ fuerunt, qui ſe-
ptingenteſimum ab hinc annum natali ſolo re-
licto, in Perſidẽ atq; Aſiã minorẽ primũ impe-
tum fecere. Sed nec vnus dux illis, nec certum
imperium. Vagi diſpalatiq; quóve cuiq; ſors af-
fuit, latrocinantes magis quã belligerãtes pro-
uincias vaſtarũt, Prima ſtipendia Baſilio Mace-
done imperante, ſub Muchumetio Sarraceno-
rũ principe meruere, quorum præcipue opera
Babylonios, Indoſq; ille vicerit. Variatũ ſæpe
inter eos factionibus exortis ad Gallorum vſ-
que memorabilem illam expeditionem, qua
fracti ab his ſæpius, magna etiam imperij par-
te multati ſunt, donec Othomannus veterem
gentis gloriam aſſerere auſus eſt. Is obſcuro lo- *Othomannus primus Turcarum rex.*
co & parẽtibus agrarijs natus, virtute ac calli-
ditate ſingulari, conflata per ſeditionem manu
circumferre Turcica cepit arma, in ſuæ gentis
homi-

homines nõ minus infeſtus, quàm in noſtros? Othomannus igitur his auſpicijs intra octo & viginti annos, quibus rerum potitus eſt, incredibile dictu quantum rem ſuam auxerit. Magnam certe Bithyniæ partẽ breui ſubegit, oppidaꝗ ad Euxinum poſita non pauca cepit. Qui moriẽs Orchani filio regnum per manus tradidit. Hic Pruſiam Græcis ademit, primúſque in Europam traiecit. Tandem poſt vigeſimum ſecundum imperij annum, Ammuratem filium hæredem reliquit. Is auitam, paternámque felicitatem ęmulatus, in Bulgaros mouit. Helleſpontum ad Abydum ſuperat. Calliinopolimꝗ cum alijs Oppidis occupat. Seruiam Bulgariamque ingreſſus, cùm Adrionopolim prius occupaſſet, occurrentes ſibi cum paratiſſimis copijs hoſtes ingenti cęde profligat, Lazaro Seruiæ principe in acie cęſo, ſed mox à ſeruo domini in vindictam Ammurates occiditur, cum annos viginti tres imperium tenuiſſet, Bazaite & Solimanno filijs ſuperſtitibus. Bazaites interfecto per inſidias fratre, magnã Bulgariæ partem ſibi ſubiecit. Boſſinã, Croatiam, vlterioreſque Illyrici partes vaſtat. Tandem Maomethes rem Turcarum occupat, qui Bulgaros & Vlachos prælijs & cladibus afflixit. Adrianopoliꝗ recepta, regiam ibi ſedẽ ſtatuit,

Orchanes ſecundus.

Ammurates tertius.

Bazaites quartus.

Maometh quintus.

fuit, ipſo poſt annos ſeptem & decem mortuo, Ammurates filius regnum init. Prima illi expeditio in Myſorum principem, qui nunc Serui dicuntur, fuit, de quibus Scopiam & Nouemontum cepit. In Vlachos, Vngaros, & Germanos incurſiones graues fecit. Tandē Maomethæ filio cura rerum demandata, cum annos quatuor & triginta regnaſſet, mœrore animi obijt. Longum eſſet, ſi Maomethis eius filij res geſtas explicem. Quæ quantæ fuerint, nouum Othomannicæ familiæ magni cognomentum ab eo quæſitum, & in hæredes iam tranſmiſſum arguat. Is enim duo Chriſtianorum imperia, Conſtantinopolitanum, & Trapezuntium ſubuertit, regna duodecim nobis ademit; & cætera. Hic cum annis præfuiſſet vnum & triginta, obijt; Anno ſalutis noſtræ M. CCCC. LXXXI. quinto Nonas Maij. Quo mortuo, Bazaites regnum obtinuit, qui Vlachiæ caſtella quędam expugnauit, in Sultanum Aegyptium copias eduxit, à quo ſæpe victi Turcæ, tandem pacem, fœdusq́ iniere. Hic ex quo annos ferme triginta imperaſſet, à Selino filio regno pellitur. Huc vſq; Egnatium ſequutus ſum. Hic Selinus paratiſſimis copijs aduerſus Perſarum regem Iſmaelem venit, cæſo in acie duce Perſarum, magnam Perſię par-

Ammurates ſextus.

Maometh ſeptimus.

Bazaites octauus.

Selinus nonus.

tem in deſolationem dedit. Deinde Syriam ſubegit, ac Sultanum vita exuit. Aegyptumq́ imperata facere coegit, quod factum eſt anno ſalutis noſtræ M. D. X V I. Quum porro & hic diem obijſſet, Solimannus filius eius regnare cœpit pro eo. Qui anno à nato Chriſto M. D. XXI. Albam Græcam Hungariæ ciuitatem, cepit. Rhodon Inſulam, Anno ſalutis M. D. XXIII. in deditionem recepit. Ludouicum Hungariæ regem, in acie cæſum interemit, Anno M. D. XXVI. Budam Hungariæ ciuitatem, non tam cepit, quàm vaſtauit, atque adeo nihil in ea immanitatis ſuæ reliquit liberum. Viennam Auſtriæ obſedit, ſed fruſtra. Quum ſecundo hoc idem tentaret, à Carolo quinto Romanorum imperatore facile retro cedere coactus eſt. Occurrens enim ei Cæſar exquiſitiſſimis Germanorum copijs, omnem facile Turcicam vim repreſſit. Cæſa ſunt paſſim Turcarũ quinquaginta millia. Si Deus nos reſpiciat, facile recuperabimus Aſiã, facile Turcas profligabimus. Non enim in finem hæreditatem ſuam relinquet Deus, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

In fine & illud annotabimus, quod terra, quam hodie Turciam vocamus, plures comprehendit prouincias. Eſt enim Iconia, in qua

Ico

Iconium caput gentis. Capadocia, in qua Cæſarea. Iſauria, in qua Seleutia. Ionia, vbi eſt Epheſus, Paphlagonia, in qua Germanopolis.
Hoc quicquid eſt terræ, quæ hodie Turciæ habet nomen, nõ vna gens inhabitat, ſed Turcę, Græci, Armeni, Sarraceni, Iacobitani, Neſtoriani, Iudęi, Chriſtiani. Atqui hi omnes Turcarũ imperata ferre cogũtur.

DE FIDE

ET RELIGIONE, MORIBVSque & ceremonijs Aethiopum, per fratrem Franciſcum Titelmannum Haſſellenſem.

IN primis ſymbolum totũ Apoſtolorum credunt ex animo, & confitentur, quaſi baſim ſuæ fidei illud habentes.

Credũt Deũ trinũ & vnum, qui ex nihilo fecit cœlum & terram, & omnia quæ continentur in eis.

Credunt Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum Deũ verum, & hominẽ verum, de Maria, ante partũ, in partu, & poſt partũ, ſemper virginẽ natum de ſpiritu ſancto, abſq; virili ſemine.

Eundem credunt paſſum, mortuũ vere & ſepultum deſcendiſſe ad inferos, ac die tertia reſurrexiſſe à mortuis, deinde in cœlos aſcendiſſe, illicq; ad patris dexteram aſſidere.

Credunt eundem in die conſtituto venturũ ad iudicium, & vnicuiq; ſecundum opera daturum mercedem. Sãctam eccleſiam catholicam credunt & ſanctorum communionem, peccatorum

torum per pœnitentiam & confeſſionem credunt fieri remiſſionem.

Denique omnes homines in nouiſſimo die credũt reſurrecturos, & iudicium accepturos. Poſt quod, boni ſempiternis in cœlo perfruentur gaudijs, mali in inferno ſempiternis itẽ afficientur ſupplicijs. Obſeruãtur apud eos ſumma obſeruatione decẽ præcepta legis, quomodo apud nos: ſeptẽ itẽ peccata mortalia apud eos prædicantur, more noſtro. Scripturas omnes habent veteris teſtamenti, pentateuchum Moyſi, prophetas, & cætera omnia. Quatuor habent Euangelia, Matthæi, Marci, Lucę, Ioannis. Omnes quoq; epiſtolas Paulinas. Hisq; diuinis ſcripturis eundem nobiſcum tribuunt honorem, & ſimilem habent nobiſcum eas citandi ſiue allegandi modum.

Scripta etiam alia habent patrum & reuelationes ſiue prophetias quaſdam ſanctorum hominum, quibus ſuum tribuunt (vt æquum eſt) honorem.

In prophetijs & ſcriptis patrũ habent, quod rex magnus Chriſtianus cum ipſorũ rege eſſet in pace mutua conuẽturus, itẽ quod in poſtremis tẽporibus oriturus eſſet è regionibus Europanis rex aliquis magnus & potens, qui vniuerſos Barbaros & Mauros ſubiugaret.

Orationem dominicã maximi faciunt, eaq; maxime vtuntur. Similiter & angelicam ſalutationem, ad honorandũ virginem matrẽ habent celeberrimam. Sacramentũ baptiſmi agnoſcunt, & credunt ipſum habere vim regenerationis, quam & nos credimus. Sed in ritu à nobis hic differunt. Infans enim ſeptima die à natiuitate baptizatur ſimul & circũciditur. Porro circuncıſionẽ adhibent, non quaſi illi fidant, aut baptiſmo diffidant, ſed tantum ob veterem conſuetudinem, quam à maioribus acceperũt, forte ob legis dei reuerentiam, non quaſi ad ſalutis neceſſitatem.

Singulis quoq; annis, in feſto Epiphaniæ domini, (quo die dominus creditur fuiſſe baptizatus) vniuerſus populus, magno cum gaudio fidem Chriſtianam de integro publice profitendo, ſolenniter rebaptizatur. Non quod putent eundem eſſe baptiſmum, aut illum iterari qui ſemel ſuſceptus eſt, ſed tãtum in cõmemorationem baptiſmi veri, ſemel ſuſcepti in infantia, & vt ſenſibili tali ſigno ſemetipſos commonefaciant profeſſionis ſuæ, atq; ad viuendum digne ſua profeſſione excitent.

Miſſarũ ſolemnia celebrãt noſtro ferẽ ritu, & ſanctam Euchariſtiã magnifice venerantur & adorãt, indubitatũ tenẽtes ſub ſpeciebus panis

nis & vini, verum contineri corpus & verum ſanguinem Chriſti. Communicant vero iuxta ritum primitiuæ eccleſiæ ſub vtraq; ſpecie.

Sacramēta habent cōfirmationis ſiue chriſmatis & ſacri olei ſiue extremæ vnctionis.

Sacramentalem quoq; confeſſionē, eamq; ſecretam,&(vt vocamus)auricularem agnoſcunt pro ſalutari remedio, ad conſequendam poſt baptiſma commiſſorum peccatorum remiſſionem. Hancq; confeſſionem apud ſacerdotes faciunt, à quibus ſatisfactoriam pœnam (quam vulgo pœnitentiam appellamus) recipiūt,quam etiam ſolicitiſſime obſeruare & implere ſtudent.

Cōiuges apud illos noſtro more publice ante fores templi contrahunt per verba de præſenti, & vnam tantum ducunt viri vxorem.

Non ducunt viri vxores ſui ſanguinis, niſi vſq; ad ſeptimum conſanguinitatis gradum. Ad ſacerdotium nemo ordinatur, niſi qui per diligētem examinationem probatus fuerit idoneus. Inidonei cum ignominia reijciūtur. Nec admittuntur ad ſacerdotalem ordinem ſpurci, aut illegitimi.

Sacerdotibus licitū eſt vxores habere. Vna tamen mortua, nō licet alterā ducere, iuxta cōſtitutum Apoſtoli. Ipſe tamen ſummus eorum

Patriarcha ſine vxore perpetuo cœlibem agit vitam.

Diem dominicum & cæteras feſtiuitates à patriarcha vel epiſcopis inſtitutas, vel in memoriam operum Chriſti, vel in ſanctorum ac ſanctarum venerationem ſumma cum obſeruatione celebrant. Ieiunia apud eos obſeruantur ſine eſu carnium vel piſcium, nec fiũt apud eos in diebus ieiuniorum veſpertinæ refectiunculæ, quas appellamus vulgo collationes. Pro quadrageſima ieiunant ſeptuageſimam, concurrente ferè tempore cum noſtra quadrageſima. Extrema autem ieiunij ſui ſeptuageſimalis hebdomada, memoriam ſingularem paſſionis & mortis Chriſti faciunt in diuinis officijs & priuatis deuotionis ſuæ exercitijs. Feſta quoque palmarum, luminum ſiue purificationis, & cinerum, noſtro ferè ritu & tempore celebrant, Sanctorum quoque feſtum & fidelium defunctorum generalem commemorationem ſingulis annis ſemel agunt. Defunctos magna exequiarum ſolennitate, noſtro more, cum orationibus, crucibus & clericis alijsq́ꝫ huiuſmodi ceremonijs in ſacris locis ſepeliunt. Orant pro defunctis, & pro eis ſacrificia offerunt, eleemoſynáſque & alia pia opera faciunt, Illos qui dum viuerent aperta ſuæ

ſancti

ſanctitatis teſtimonia exhibuerunt, facto diligenti ſcrutinio, & veritate ſufficienter comprobata ſanctorum catalogo Pōtifices aſſcribunt, & huiuſmodi à viuentibus honorandos intercesſoribus habendos decernunt.

Templa apud eos certis ceremonijs conſecrantur, atq; in eis diuæ virginis ſanctorumq; aliorum imagines collocātur & honorantur. Habent etiam templa libertatem, & confugiētibus ad ipſa ſunt præſidio. Sunt apud eos templa plurima, nec minus noſtris ampla & ſumptuoſa, Campanis quoq; vtuntur, ad conuocādum populum ad laudes Dei.

Veſtes quibus in templis ſacra facientes vtūtur, habent conſecratas, & aquam luſtralem (quam benedictam apellamus) certis ceremonijs & orationibus cōſecratam, in templis ſeruant, quam ad arcendos dæmones efficacem cenſent.

Sunt apud eos plurima xenodochia, amplis dotata prouentibus in quibus pauperes recipiuntur & fouentur.

Publicas ſupplicationes, ſecundum temporis rationem & cauſſas emergentes, celebrant.

Monaſteriorum eſt apud illos multitudo innumera virorum atque mulierum, in abſtinentia maxima vitam degētium, qui nocte ac

die iuxta ſanctorum patrum inſtituta diuinis laudibus occupantur.

Inter ea monaſteria quædam ſunt tam ampla vt ſeptingentos, aut octingentos, aut millenos alant monachos. Aſſerunt montem quẽdam eſſe in terris illis duodecies mille monachis ſparſim habitatum. Monachi autem iſti, vt nemini ſint oneri, maxima ex parte ſuis laboribus viuunt.

Sũt apud eos ſacri ordinis milites, qui ſuper candidum pallium ſanctæ crucis ſignum gerentes pro fide ſancta ad bella ſemper ſunt expediti & parati. Concionatores habent viros in rebus diuinis eruditos & vita probatos ſiue monachos ſiue alios ex preſbyterorũ ordine, qui populo fidem & doctrinam Chriſti prædicãt. Ab Eunucho illo Cãdacis reginæ Aethiopum quem Euangelica monitione inſtruxit Philippus Apoſtolus initium Chriſtianæ fidei dicunt ad ſe veniſſe, ita vt ille domum veniens inſtruxerit baptizaueritq; reginam & familiã ac populum eius.

Dehinc per apoſtolum Chriſti Matthæum plenius ſe audiuiſſe Euangelium, cui bene conſonat quod in paſſione ſancti Matthęi legimus accepiſſe eum in ſortem prædicationis Aethiopiam.

Ab eo

Ab eo tẽpore affirmant ſe à fide iſta catholica quam vſq; modo tenent, nunquã diſceſſiſſe.

Erga ſanctum Hieroſolymę templum & locum, ob deuotionem erga Chriſtũ, qui illic vitã egit & mortem ſuſtinuit, maxima afficiũtur deuotione, ad quod multi ex locis illis licet non ſine maximis periculis, propter odium Mahumetiſtarum, per quorum terras tranſire eos neceſſe eſt, peregrinationis & orationis cauſſa accedunt.

Pleriq; etiam quibus per ſe accedere non licet aut vacat, dona & oblationes amplas illuc mittunt longe ampliora miſſuri, ſi tutum eſſet iter ab infidelium rapina.

Eſt illis maximo dolori, quod ab infidelibus loca illa ſacra occupentur: maximeq; optant videre diem quo à Chriſtianis loca illa de manibus infidelium eripiantur, ad quod imperator eorum paratus eſt omne conferre auxilium.

Similiter erga ſanctam vrbẽ Romam, propter ſepulturam ſanctorum in ea Apoſtolorum Petri & Pauli (quos vt principes & iudices mundi maximi faciunt & ſumme venerantur) & quia caput eſt orbis Chriſtiani, maxima afficiuntur deuotione. Ad eam quoque nonnulli peregrinationis cauſſa accedunt.

Zelum habet imperator Dauid maximum,

aduerſũ hoſtes Chriſtianę fidei. Propter quod nullum omnino Iudæorum in ſuis terris habitare patitur, expulſis ſimul omnibus qui illic aliquando fuerãt demorati. Mauros quoque & Mahumetiſtas irreconciliabili perſequitur odio: ad quos expugnandos, Chriſtianis principibus omne offert obſequium & auxilium.

Emanueli regi per literas obtulit daturũ ſe in expeditionẽ cõtra Mauros (cũ quibus ille crebro congrediebatur) milies centena milia drachmarum auri, & exercitum virorum militarium innumerabilem: itemq; materiã & ferrum & cuprum in vſum ædificandę & ornandæ claſſis contra infideles, vt ſic amice conuenientes, iunctis copiis vnanimiter & inuaderent & expugnarent illos.

Obtulit eidem alteris literis, etiam ſi mille vellet ornare naues contra infideles, daturum ſe & commeatum copioſum, & cuncta ad claſſem neceſſaria, abunde ſuppeditaturum.

Eadem fere Ioanni ſcripſit annis proximis, Emanuelis filio, poſtulans ab eodem, mitti ad ſe terrarum noſtrarum homines bellicæ rei peritos, qui ſuos milites armis inſtruãt, & bellicum ordinem eos doceant.

Nullius infidelium regum amicitiam hic illuſtriſſimus rex ac potentiſſimus Imperator

ſecta-

ſectatur, ſed omnium Chriſtianorum regum maxime deſyderat amicitiam.

Chriſtianorum regum egerrime fert, quas inter ſe inuicem fouent diſcordias, easq́ in omnibus literis, tum ad Põtificem ſummum, tum ad Emanuelem Portugalliæ regem, tum ad Ioannem eius filium, modernum Portugalliæ regem, lamentatur, ſancte obteſtans Chriſtianos principes, vt omiſſis huiuſmodi pernicioſis diſſenſionibus & bellis, vnanimes ſimul cum ipſo in infideles ſacræ fidei hoſtes arma vertant.

Huius regis & imperatoris latiſſime patet dominium, à tropico Cancri vſque oppoſitum tropicum Capricorni, ab ortu pertingens vſq; ad littus ſinus Arabici ſiue maris rubri, ab occidente vſque ab Manicongorum fines.

Habet ſuo imperio ſubditos reges ſexaginta Chriſtianos. magnis regnis præſidentes, ac præter hos Chriſtianos alios quinque Mahumeticos, ac prçterea innumeros regulos, duces comites, & dominos, magnarum diuitiarum atque potentiæ qui omnes quàm obedientiſſime imperatoris parent mandatis.

Adſunt illi perpetuo, pro corporis cuſtodia duodecim principes, quorum ſinguli ſub ſe habent duodecies mille viros, artis militaris peritos, qui duodecim primates præcipuis fun-

 gun-

guntur aulæ officijs.

Non imperator iſte ſimul eſt & pōtifex ſummus vt exiſtimat vulgus noſtrorū, partim ex nomine preſbyteri Ioannis, partim ex picturis indumentorum & coronæ pontificalium falſo perſuaſorum: ſed in temporalibus tātum habet poteſtatem, ſoliusq́ imperatoris fungitur officio.

Patriarcham habent alium, ſummi pontificis loco, penes quos eſt poteſtas omnium rerū ſpiritualium, qui Imperatori & cæteris omnibus dat benedictionem ſacerdotalem, quemadmodum apud nos pontifex Romanus Chriſtianis regibus illam donat.

Hic patriarcha ab omnibus, ab ipſo etiam imperatore, patris & domini nomine ac loco honoratur.

Nihil ad illum pertinet de adminiſtratione temporali aut externis regni negocijs, ſed tantum ſpiritualium curam habet. Rex duodecim habet à conſilijs, cū quibus de adminiſtratione regni aſſidue tractat & cōſultat. Patriarcha item ſecum habet duodecim Eccleſiaſticos viros, cum quibus de Eccleſiaſticis negocijs cōmunicat.

Patriarchæ ab Imperatore cōceditur tertia pars omnium ſuorum prouentuum ſupra vniuer-

uerſas totius regni decimas: quos quidē pro-uentus in pauperum ſubuentionem & orphanorum ſuſtentationem, in collocādis matrimonio orphanis & pauperculis, in redimendis captiuis alijsq́ huiuſmodi hoſpitalitatis & pietatis operibus impendit.

Eo patriarcha defuncto, quicquid apud eū inuenitur bonorum, ad Imperatorem deuoluitur. Succeſſor vero præter ouiculas & annuos prouentus nihil accipit. Imperator nihil iuris habet neque vſurpat in clericos. Si delinquunt ab ipſo patriarcha puniuntur, iuxta delicti qualitatem.

Concedit patriarcha iſte plenarias indulgentias & abſolutiones peccatorum, & Eccleſiaſticis cēſuris animaduertit in rebelles ac cōtumaces. Quas tanti faciunt ſubditi, vt nec cibū audeant ſumere, donec abſoluantur.

¶Cæterum pauca hæc quæ modo de fide & moribus Aethiopum, ſiue Indorum Chriſtianorum diximus, quantum impræſentiarum ſufficere putabamus, collecta ſunt quàm fideliſſime & breuiſſime partim ex literis ipſis q̄s rex prædictus tum ad Emanuelem claræ memoriæ regem Luſitaniæ tum ad filium eius Iohannem regem modernum per proprios ſuos legatos & oratores diuerſis vicibus de-

ſtinauit

ſtinauit, quas ad verbum hic nō deſcripſimus, ſed breuitatis gratia ex eis quæ ad rem maxime facere videbantur excerpſimus. Partim vero ex vocali relatione & confeſſione eorundē oratorū, eius maxime qui anno domini. 1515. viuente adhuc Emanuele, à prædicto Dauide rege & Helena matre eius miſſus Luſitanię regno applicuit, cui nomen erat Matthæo. Qui poſt aliquot dies ſui aduentus, ab eodem rege in præſentia multorum eruditorū & maxime Theologorum, inſtantibus etiam multis regni primoribus de ſingulis quæ ad fidem & mores pertinent interrogatus, articulatim ad ſingula reſpondit. Quę quidem illius narratio & confeſſio, ad perpetuam rei memoriam, ab ipſius regis, ſecretario (quem vocant) excepta & fideliter deſcripta extitit. Eius exemplar ab eodem ſecretario, Antonio Garneiro nomine, ad illuſtrem dominum Rodericum Fernandum, qui proximis his annis apud Antuerpiam agebat regiæ negociationis principem, quem vulgo Factorem appellant, tranſmiſſum fuit, vna cum exemplari literarum ad regem Emanuelem deſcriptarum. Quę omnia per nobilem & eruditum virum Damianum Gooez, prędicto Roderico in negocijs regijs ſocium è Luſitanico idiomate ſunt in Latinum tranſlata. Hæc icirco

circo prolixius diſtinctiusq́ expreſſimus, ne quis varia tantum commenta aut inania ocioſorum hominum ſomnia eſſe ſuſpicetur, quæ ſuprà à nobis breuiter narrata ſunt. Sed & Frãciſcus Aluarez, cuius primo loco mentionem fecimus, qui anno ſuperiori, id eſt, anno Domini. 1533. ad Clementem ſeptimum legatus venit, magnum dicitur ſecum attuliſſe volumen, in quinque digeſtum libros. In primo, vniuerſa regio exactiſſime deſcribitur, ſecundum coſmographicam rationem, vbi de fontibus Nili & de cauſſis incrementi eius perpulchra referuntur. In ſecundo, de fœcunditate terræ & varietate terræ naſcentium agitur. In tertio de animalibus & auibus, de ferarum magnitudine & varietate, & præcipue de elephantis, quorum apud illos eſt copioſus numerus. In quarto agitur de natura & moribus Abeſſynorum (qui ſunt præcipui & præſtantiſſimi Aethiopię populi, apud quos imperator ſedem habet) déque literis & ſtudijs eorum. Item de aula & cultu regio ipſius imperatoris, de exercitibus & militari diſciplina, déque legibus & ciuilibus inſtitutis. In quinto denique illa referuntur, quæ ad religionem & cultum diuinum pertinẽt, circa ſacra ſolennia, templorum cultum, funerum obſequia, celebritatem nup-

tiarum, monachorum vitam, aliaq; huiuſmodi. Qui quidem libri, ſi quando in Latinum trāſfuſa ſermonem prodierint (vt futurum eſt veriſimile) tum de ſingulis plenius ex illis licebit cognoſcere. Ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt ſalus vera omnium in ſe credentium:

DAMIANVS DE GOOES LVSITANVS

amplisſimo patri, D. Ioanni magno Gotho, Archiepiſcopo Vvpſaleñ, in regno Sueciæ.

S. P. D.

CONTRACTA inter nos Dantiſci (Deo haud dubie authore) amicitia, cũ illic Regis mei cauſa agerem, dum crebro congredimur, incidit nobis ſermo de rebus Luſitanicis, nempe de expeditionibus Indicis, Arabicis, Perſicis, de itineris ad eas regiões cum longitudine, tum difficultate, de vaſtiſſimi oceani diſcriminibus, de aſſiduis cum Arabibus, Perſis, Indis tam citra quàm vltra Gangem prælijs, de annuis Turcharum incurſionibus, qui ingentibus per ſinum Arabicum ad minorem vſq; Indiam miſſis claſſibus, noſtros (inuictos tamẽ) grauiter infeſtãt. Deniq; vbi multa huiuſmodi diſſeruiſſemus, commodum admonuiſti me de magno Indorum Imperatore presbytero Ioãne, cuius ipſe hiſce oculis apud Regem noſtrũ vidi olim Legatum, cũctaq; præſens audiui, quæ ille de fide, de cere

 monijs,

monijs, de ſtatu regni Imp. preſb. Ioan. aſtantibus proceribus articulatim diſſeruit. Quæ quidem cum tibi ordine narraſſem, petiiſti à me, vti ea omnia (ſi quando ad Belgas redire mihi daretur) ſummatim deſcripta, vna cum articulis fidei, ceremoniarum, & ſtatus imperij illorum ad te mitterem, quod & me ſedulo facturum pollicebar. Ad Belgas itaq; per mille itineris diſcrimina, tandem incolumes reuerſi, tuæ nobiſcum ſanctiſſimæ conſuetudinis neq; vnquàm neq; vſquàm obliti, & iã polliciti memores, cuncta à me (vt volebas) diligenter deſcripta, ecce ad te mittimus. Mittimus autem in primis exemplũ epiſtolæ, quam magnus ille Indorum imperator preſb. Ioan. ad Dominum noſtrum Luſitaniæ Regem ſcripſit, tum deinde articulos, quibus illorum religionem, ceremonias, Imperatoris potentiam, aulæ claritatem, legatus ille ſummatim perſtringens expoſuit.

Porro (vt rei veritas clarius pateat) quomodo ea omnia corã & viderim & audierim, paucis explicabo.

Adpulit in Luſitaniam anno ſalutis humanæ M.D.XIII. Legatus à magno illo Indorũ Imperatore preſb. Ioan. eiusq; matre Regina Helena, ad Chriſtianiſſ. Luſita. Regem Emanuelem

nuelē miſſus, cui nomen Matthæo,natione Armenicus, is legationis ſuæ comitē habebat adoleſcētulum quempiam nobilem , patria Abeſſinum, in aula Imperatoris preſb. Ioan. educatum,cui nomen erat Iacobo, ij & feſtiue & mira cum lætitia à noſtro Rege accepti, perpetuum triennium in aula regia manentes , in magno honore habiti,regio ſumptu tantiſper ſunt aliti, dum nobis valedicto ad dulcem patriam alacres redirent . Is itaq; Matthæus vbi ea quæ in mandatis habuerat,coram Rege noſtro declaraſſet,literaſq; Imperatoris ſui Regi tradidiſſet, Rex diebus paucis poſt iubet eoſdem ad ſe accerſi , & coram doctis aliquot,aſtante procerum corona per interpretem rogari,de eorum fide,ceremonijs,& Indici regni ſtatu . Id temporis ego duodecim annos natus , vnus inter regios pueros quos à lancibus ad regiam menſam ferendis, diſcophoros nominant, vbi Regiæ Maieſtati per biennium in eo munere inſeruieram, his omnibus præſens adfui vnaq; cum cæteris aulicis cuncta & vidi & audiui,quantúmque per ętatem licuit etiam intellexi.

At hic dicas,qui tu,tātulæ tunc ætatis puer, ea omnia ſic literis memoriæve commendare potuiſti,vt articulatim deſcripta iam(tanto e-

lapſo temporis interuallo)ad nos mittas? Reſpondeo: fateor me id per ætatem tunc non potuiſſe, ſed vbi iam decem ferme in meo illo munere perfeciſſem annos, ille Chriſtianiſſimus Rex Emanuel, educator meus, nouo mihi dato officio, me negociorum ſuorum cauſa huc ad Belgas mittit, quo vbi peruentum eſſet, opportune offendi hominem cum nobilem tum ſolertem, mei & ordinis & officij conſortem, cui nomen Roderico Ferdinando, qui in præſentiarum regiæ negociationis principem, (factorem vulgo vocant) hic agit, is cum antea à rege Emanuele legationis munere fungeretur apud Imperatorem Maximilianum, ac Albertum Bauariæ ducē, accepit literas ab Antonio Carneiro regis Emanuelis ſecretario, quibus ille hos articulos quos aliquando coram rege ſcriptis mãdauerat incluſos miſerat. Huius itaque Roderici Ferdinandi amicitia comparata, vbi iam pridem de noſtris vtrinq; negocijs cõferentes, in germanicam illam ſuam legationē forte incidiſſemus, incidimus quoq; in rerum Indicarum mentionem, tum ille ait ſe ab Antonio Carneiro habere cum ſupramemoratorū articulorum, tū magni indorū Impera. preſb. Joan. epiſtolæ ad noſtrū regem exemplar, id vbi audio, continuo illorum mihi copiam fieri flagito

flagito,admittit, accipio,è vernaculo luſitanico qualicunq; ſtilo latina facio, tibi dedico,ad te mitto,in quibus quidem ſi barbariem quampiam forte deprehendes,ignoſce quæſo homini & aulico, & in re literaria parum exercitato, & plurimis negocijs vehemẽter impedito, qualia qualia autem hæc ſunt,vero enim veriora ſunt, boni æquiq; conſulas velim præſul ornatiſſime. Sed iam audi quid magnus ille Indorum imperator ad regem noſtrum ſcripſerit, audi inquam illius ad regem noſtrum non fucatam,ſed veram,& aduerbium ferè ex ſermone Galdaico quo illi præcipue vtuntur, in luſitanicum,deinde in Romanum idioma,quam fideliſſime trãſlatam epiſtolam.

EPISTOLA

MAGNI INDORVM IMPE, PRESB. Ioan. Ad potentiſſ. Luſitanorum Regem Emanuelem.

IN nomine patris & filij & ſpiritus ſancti vnius ſolius in tribus pſonis dei, Salus gratia & benedictio Domini noſtri & redemptoris Ieſu Chriſti filij Mariæ virginis nati in domo Bethlemica, ſit ſuper dilecto fratre noſtro chriſtianiſſ. Rege Emanuele dominatore maris, victore ferorũ incredulorum Maurorũ Dominus deus te bene fortunet, tibi victoriã de inimicis tuis donet, tuaq; regna & ditiones per deuotas preces nuntiorum redemptoris Chriſti, nempe quatuor euãgeliſtarum, ſancti Ioannis, Lucę, Marci, Matthæi, longe lateq; dilatet & extendat, quorum ſanctitates & orationes te ſeruent.

Certionem te facimus per quàm dilecte frater, ad nos vſq; appuliſſe ex magna illa veſtra & eximia aula, duos nuncios, quorum quidem alteri nomen erat Ioanni, qui ſę preſbyterum aiebat, alteri Ioanni Gomez, petijſſeq; à nobis comeatũ & milites. Quare nos mittimus

noſtrum

noſtrum Oratorem Matthæum, fratrem noſtri ſeruitij, cum venia Patriarchæ Marci, qui nobis dat benedictionem, mittens preſbyteros Hieroſolymam, qui eſt pater noſter, ac omnium noſtrarum ditionū, columna fidei Chriſti & Sanctæ Trinitatis. Is de noſtro mandato miſit ad magnum veſtrum ducem eorum, qui pro fide noſtri ſeruatoris Ieſu Chriſti militant in India, ad illi ſignificandū nos eſſe prōptos mittendi tum commeatum tum milites ſi neceſſum fuerit.

Proinde fama accepimus Principem Cayri cogere multā claſſem aduerſus veſtras copias nimirum vt ſeſe vindicet de iniurijs damniſq; per militiæ veſtræ quam in India habes, Duces ſibi (vt vere nobis conſtat) ſæpe illatis, quod Deus ſua ſancta bonitate indies magiſq; fortuna redignetur, vt cuncti tandem increduli penitus ſub iugum mittantur. Nos itaque aduerſus illorum inſultus miſſuri ſumus militum copias, quæ maneant ad fretum Mechæ, ſcilicet beb almandeb, aut certe eaſdem deſtinaturi (ſi id tibi commodius videbitur) ad portum Iuda, aut Thor, vt tādem auferas perdaſq; huiuſmo di Mauros & incredulos à facie terræ, ita vt dona & oblationes quæ adferuntur ad ſanctum ſepulchrum, deinceps non vorentur à canibus.

Princeps Cayri tūc erat Sultanus Ægypti, quā nūc occupat magnus Turcha.

Iuda & Thor, ſūt ciuitates maritimæ ad ſinū Arabicū quo Luſitani quotānis in Barbaros excurſū faciūt

Adeſt

Adeſt iam tempus illud promiſſum, quod(vt aiunt)Chriſtus & mater illius Maria,prædixere,quod ſcilicet in poſtremis temporibus oriturus eſſet è regionibus Frācicis rex quiſpiam qui aboliturus eſſet vniuerſum Barbarorum & Maurorum genus. Et hoc ipſum quidē nūc tempus eſt,quod Chriſtus benedictæ ſuæ matri Mariæ futurum promiſit.

Frācicis .i. Chr̄anis Europeis Indi eni & Mahometani fere omnes Chriſtanos Europæ generali noīe uocāt Frāc.

Porro,quidquid Orator noſter Matthæus vobis dicturus eſt,id velut à noſtra ipſorū perſona profectum accipite, eiq; fidem adhibete, eſt ſiquidem vnus inter noſtrę aulæ præcipuos atq; ob id illum ad vos mittere voluimus. Cō miſiſſemus autē hæc veſtris iſtis nuncijs, quos huc deſtinaſtis, ſed cepit nos metus ne noſtra negocia ex noſtra ſententia vobis nota forēt.

Mittimus ad te per hūc noſtrum oratorem Matthęum crucem vnā,factam quidē ex fruſto ligni,in quo ſeruator noſter Ieſus Chriſtus crucifixus fuit Hieroſolymis,Id autem ſacroſancti ligni fruſtum ex Hieroſolymis ad nos allatum eſt,porro ex eodem duas fecimus cruces earum altera quidem apud nos manet, alterā vero dedimus iſti noſtro Oratori ad vos perferendam,Lignum nigri coloris eſt, pendetq; ab exiguo argenteo annulo.

Hancquoq; crucē ipſe uidi & adoraui nōnūq̄ quandoq; dē frater meus cui nomen Fructus de Gooes, id tē poris erat regi à cubiculis, cāque crucē ī cuſtodia habebat

Cæterū ſi tibi viſum fuerit, aut veſtras filias

matri

matrimonio iungere noſtris filijs,aut noſtros filios dari veſtris filiabus,id & nobis in primis pergratum erit &vtriſq; vtile,& fraterni inter nos initium fœderis,quod quidem cum in præſentiarum,tum etiam in futurum tecum inire percupimus.

Reliquum eſt vt & ſalus & gratia noſtri redemptoris Ieſu Chriſti,ſanctęq; noſtræ Dominæ Mariæ virginis ſe extendat tum ſuper vos, tum ſuper filios,filias,vniuerſamq; veſtrã domum,Amen.

Ad hęc autẽ vos certiores facimus,ſi noſtrã militiam contrahere velimus, ſatis viriũ nobis futurum eſſe,ad(diuino accedente auxilio)abolendum vniuerſos noſtrę ſanctę fidei inimicos. Verum noſtra regna & ditiones ſic ſunt incõtinenti ſita,vt nuſquàm in maria poſſimus erumpere,Quare nihil nobis eſt potentię in mari,in quo (Deo laus) tu omnium es potentiſſimus.

Ieſus Chriſtus,ſit tibi auxilio, res enim quę in India per te geſtę ſunt,ſunt profecto magis miraculoſæ quàm humanæ,Quod ſi mille velis armare naueis,nos & cõmeatum dabimus, & cuncta quæ ad eam claſſem opus erunt,abũde ſuppeditabimus.

Harũ litera rũ & locus quo & tempus q̃n ſcriptę fuerint tranſcribẽtium incuria interciderunt.

Quibus quidẽ literis per interpretẽ rite intellectis,ter Chriſtianiſſimus ille rex Emanuel

rerum

rerum chriſtianarum multo auidiſſimus, à legato illo reſciſcere cupiens, quo pacto ſe res & fides chriſtiana apud Indos haberet, poſt dies aliquot accitis aulæ Primoribus, iuſſit illũ per eruditos ſuos Chriſtianæ Theologiæ interpretes quos tum ad manum habebat, coram ſe de ſingulis interrogari, Ille vero articulatim reſpondens, cuncta quæ hic ſequuntur ordine declarauit.

His ego pñs oĩa & uidi & audiui.

CONFESSIO ILLORVM FIDEI

deq; ceremoniarum & religionis ritu.

1 ILlud inprimis communi nobiſcum fide perſuaſum ſibi habẽt, vnum pariter ac trinum eſſe Deum, cui vni vt optimo patri omnia ex animo & credunt & fidunt.

2 Illum ipſum ex nulla ſubiecta materia, hoc eſt ex nihilo incomprehenſibili modo finxiſſe cum cœlũ, tũ terram, ac itidẽ quicquid vtriuſq; continetur ambitu.

3 Ieſum Chriſtum, vnctum illum Regem, Seruato

uatorem, Meſſiam illum diuinis oraculis toties promiſſum, veri illius Dei verum eſſe filium, ex Maria cum ante tum poſt partum ſemper virgine, in Bethleem ciuitate Dauid, iuxta Vatum prædictiones, natum.

Eundem, Hieroſolymis, peccatorum no- 4
ſtrorum cauſa, ſub Pontio Pilato, Romano præſide, rerum Iudaicarum procuratore, iniquiſſimo iudicio damnatum ac paſſum, mortuumq; & ſepultum.

Eundem vero continuo ad inferos deſcen- 5
diſſe, conuulſisq; & fractis illorum portis, tertio demum die cum ſumma hoſtium & mortis victoria rediuiuum ſurrexiſſe, ac deinde in cœlum vnde venerat, mirabili quidem aſcenſu rediјſſe.

Ad hæc, ingenue fateri, ſe tandem poſt hu- 6
ius vitæ mortalitatem vniuerſalem eandemq; immortalem corporum olim expectare reſurrectionem.

Se quoque eadem fide expectare, Chriſto 7
Iudice, cum bonorum tum malorum vniuerſale iudicium, quo quiſque iuxta opera à ſe in hac vita perpetrata iuſtam mercedem accepturus ſit.

Quo facto iudicio, immortalitatem pijs ho- 8
minibus nunquam deſituro gaudio futuram

eſſe

eſſe gloriam, Impijs vero æternam æterno cũ cruciatu, ignominiam.

9 Proinde, apud ſeſe, haud ſecus atque apud nos, ſolenniter obſeruari decem Moſaica prę-cepta.

10 Septem quoque noſtro more capitalia prę-dicari crimina.

11 Omneis ſe habere libros à Moſe cõſcriptos omneis deniq; Prophetas, cæteraq; omnia ve-teris inſtrumenti volumina.

12 Quatuor præcipuos apud eos haberi Euã-geliſtas, nẽpe illos ipſos qui & apud nos, nimĩ rum Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem.

13 Ex epiſtolis vero Paulinis nihil quidquam eis deeſſe, quarum Catalogum ſingillatim co-ram recitauit.

14 Symbolũ apoſtolicæ fidei, ſingulosq; illius articulos ipſis probari.

15 Precationem dominicam, à Chriſto inſtitu-tam tanti apud eos haberi, vt eam cæteris om nibus precationibus facile anteponant.

16 Angelicam itẽ ſalutationem ipſis in Dei pa-rę virginis Marię honorem in celebri vſu eſſe.

17 Infanteis eorum, ſeptima à partu luce, & ſa cri baptiſmatis aqua tingi & ſimul Moſaico ri tu circumcidi, Idq; nullo aut meriti aut fiducię reſpectu, ſed veteri tantum conſuetudine à ma

iori-

ioribus per manus tradita.

Cunctum populum, in memoriā veri & ſe- 18
mel ſuſcepti baptiſmi, quotannis in Epiphaniæ
feſtiuitate, miro cum gaudio & mentis exulta
tione Chriſti fidem de integro publice profitē
tes, ſolemniter rebaptizari.

In memoriam Dominicæ cœnæ noſtro fe- 19
re ritu miſſarum ſacra fieri, idq; neq; mercedis
neque precij neque lucri vllius gratia, niſi for-
te gratuita dumtaxat eleemoſyna à quouis re-
legioſiore vltro oblata.

Sacroſanctam ſe Euchariſtiam pro præci- 20
puo ſacramento habere, indubitatum Chriſti
cum corpus tum ſanguinem eſſe ſyncera fide
profitentes, atque iuxta Chriſti inſtitutum, ſub
vtraque ſpecie communicantes. (re.

Sacri olei & Chriſmatis ſacramēta agnoſce 21

Continuo vt flagitium aliquod admiſerint, 22
ad ſacerdotē feſtinabundos adcurrere, cui eius
flagitij delictum ſecreta confeſſione declarent.

Admiſſi flagitij mulctam (recepto vocabu- 23
lo pœnitentiam vocant) in ſacerdotis eſſe arbi
trio, eamq; à confitente ſumma obſeruari di-
ligentia.

Ieiunium (quoties id fit) citra carnium pi-
ſciumve eſum, citráque vllam ſymboli admiſ- 24
ſionem fieri.

Pro

25 Pro Quadrageſima, Septuageſimam ieiunare, eamq́ꝫ (vt ex temporis ratione colligi poteſt) ſimul cū noſtra quadrageſima inchoare.

26 Diem dominicum, cęterasq́ꝫ feſtorum ferias à ſuis pontificibus, in Dei, Deiparæq́ꝫ virginis, ac aliorum quorundam Diuorum memoriam inſtitutas, ſumma cum reuerentia apud eos celebrari.

27 Memoriam Chriſti paſſionis extrema hebdomada ſuæ ſeptuageſimæ quo tempore & ſecundum nos fiunt, fieri.

28 Palmarum feſtum & eodem nobiſcum tempore, & noſtro fere ritu quotannis fieri.

29 Luminum quoq; celebritatem, & modo & tempore nobiſcum conuenire.

30 Solenneis ſupplicationes iuxta temporis rationem neceſſitatemq́ꝫ fieri.

31 Sanctorum pariter, atque fidelium defunctorum celebrem commemorationem quotānis ſemel agi.

32 Cinerum ceremonias, per omnia nobiſcū quadrare, ſiue ritum ſpectes, ſiue temporis rationem.

33 Monaſteriorum innumeram eſſe multitudinem, non virorum modo, ſed & mulierum quoque, in abſtinentia nimisquàm acerba viuentium.

Inter

Inter ea monaſteria, eſſe quædã, quæ ſingu 54
la vel ſeptingentenos vel octingentenos, vel
millenos alant monachos.

Eſſe in eo regno montem quempiam, duo 55
decies mille monachis ſparſim habitatum.

Monachos (quotquot in tam vaſto nume- 56
ro exiſtant) ſuopte ipſorum & labore & indu
ſtria victum quæritare, nulloq; pacto eleemo
ſynæ accipiendæ cauſa, domatim per vicos, ru
ra, oppida, villas vagari licere, omni nimirum
mendicitatis licentia illis penitus interdicta, ni
ſi ſi quis forte ad eleemoſynam propenſior,
quidpiam gratuito donauerit, tum nõ emen-
dicatæ improbitatis, ſed vltro oblatæ charita-
tis loco, accipere poſſe.

Concionatores paſſim eſſe, qui Chriſti fidẽ 57
populo prędicent, nempe eos qui ex eccleſiaſti
co preſbyterorum Monachorumve ordine ha
bentur doctiores eruditioreſq;.

Plurima vndiq; eſſe xenodochia ſeu hoſpita 58
lia, quibus pauperes tantũ benigne recipiãtur.

Sacras ædes.i.diuorum templa, flagitioſis 59
ad ea confugientibus pręſidio eſſe, eà tamen le
ge, vt ſi quis ex eis proximo interfecto, eo ſe
receperit, eidem vſque adeo tenuis conceda-
tur, edendi portio, vt tandem ex inedia mori
cogatur.

40 Vita defunctos, non modica exequiarum pompa, vt apud nos, cum precationibus, crucibus, clericis, alijsq; id genus ceremonijs, in ſacris ædibus ſepeliri.

41 Sanctos & cœleſtis conuerſationis homines, iam olim vita functos, exactiſſimo ſuper eorũ ſtatu, dum viuebãt, pietate, religione, facto examine, inter Diuos referri, hoc eſt, quod eccleſiaſticis græco vocabulo dicitur, Canonizari.

42 Maritos, pro ſacræ ædis foribus ſolenni cõuentu, vnam tantum ducere vxorem, per verba, vt aiunt, de præſenti.

43 Eoſdem ex veteris conſuetudinis iure non poſſe eorum ſanguinis ducere vxorem niſi vſque in ſeptimum conſanguinitatis gradum, infra quem ne ſummus quidem illorum Patriarcha vllo pacto diſpenſare aut poteſt aut præſumit.

44 In ſacris ædibus, Dei, atque item genitricis virginis necnon & cæterorum Diuorum imagines haberi, coliq;.

45 Aquam quam benedictam vocant, in templis ſeruari, eamq; malis dæmonibus arcendis efficacem cenſeri.

46 Perquàm plurima, nec minus ſumptuoſa apud eos eſſe & templa pariter atq; campanas.

47 Veſtes, qbus ſacris faciẽdis vſus eſt, cõſecrari:

Feſtiui

Feſtiuitatem Diui Ioannis Baptiſtæ, præ cæ- 48
teris percelebrem haberi.

Annum, à menſe Septembri initiũ ſumere. 49

Romanum pontificem apud eos agnoſci, 50
cui quominus (vt cæteri Chriſtiani) obedien-
tiæ obſequio ſubijciantur, difficillimi itineris
moleſtias in cauſſa eſſe.

Sanctum Bartholomeum, Chriſti Apo- 51
ſtolum primum apud eos euange-
lium, eãq; quæ in Chriſto eſt
fidem prædicaſſe.

DE EORVM PATRIARCHA, Eiusq́; Officio.

1 VNum apud eos eſſe, ſacrorum præſidē, ſeu Pōtificē, quem Patriarcham, id eſt, patrum principem nuncupant, Eum ſolum in ſpiritualibus, quas vocant, rebus, id eſt, in eccleſiaſticis cum officijs, tum beneficijs diſpenſandis, citra vllum quorumcunq; ſæcularium impedimētum præeſſe, ac ſine vxore perpetuo celibem viuere.

2 Emolumenta huius Patriarchæ perquā eximia & ampla eſſe, vtpote cui tertia emolumentorū Imperatoris Preſbyteri Ioannis pars, cedat, idq; prӕter vniuerſas totius regni decimas.

3 Eorundem vero emolumētorum ſeu vectigalium prouentus, dumtaxat in pauperum, in orphanorum matrimonio elocandorū, atq; in redimendorum captiuorum vſum impendi.

4 Eo Patriarcha vita functo, Imperatorem Preſbyterum Ioannem omnium bonorum illius hæredem fieri. Succeſſori vero nihil quicq̄ præter Patriarchalis cathedræ dignitatem, ouicularumq; ſibi commiſſarum curā, relinqui.

Hunc Patriarcham, vocari Patriarchã Alexandrinum, idq; hac quidem ratione, quod cũ antiquitus quatuor tantum eſſent, Chriſtianis in vniuerſo orbe patriarchæ, Indi Alexandrinum ſortiti eſſent. 5

Huius Patriarchę deſignationem ſeu electionem veteri conſuetudine tantum Hieroſolymis fieri, idq; ſuffragijs quorumlibet religioſorum, Imperatori Preſb. Ioan. ſubditorũ, quos id temporis Hieroſolymis peregrinationis ergo manſitare contingit. 6

Eundem hunc Patriarcham, in homines cõtumaces & obſtinatos anathematũ & ex communicationum exercere tæla, eaq; vſqueadeo obſeruari metuiq;, vt is qui hoc fulmine vel afflatus fuerit, tantiſper ne cibum quidẽ aut potum attingere auſit, donec ſe abſolutum ſenſerit. Quod ſi quiſpiam per contemptum obaudire nolens, delicto ob quod anathemati deuotus ſit, obſtinatius ſatiſfacere renuerit, ſubducto ei cum cibo tum potu tantiſper affligitur, dum famè atq; inedia abſumi cogatur. 7

Eundem pro nullo vnquam delicto populũ ita ſubijcere interdicto, vt ſacramentis eccleſiæ carere cogat, niſi tantum homicidij cauſa. 8

Sacerdotes apud eos Vxorios eſſe, Vxore autẽ mortua, nequaquã aliam vnquã ducere. 9

10 Spurios & inceſtuoſo thalamo natos, ad ſacerdotium non admitti.

11 Nunquàm quemquàm ad ſacerdotalis muneris functionem admitti, niſi acri doctiorum examine probatum, qui ſi inidoneus deprenſus fuerit, ignominioſe reijci.

12 Imperatorem Preſbyterum Ioannem nihil quicquàm imperij in clericos habere, eo nimirum iure ad ſolum patriarcham ſpectante.

Si quis eccleſiaſticorum, capitale aliquod admiſerit flagitium, illum patriarchæ arbitrio eſu per vncias conceſſo, inædia & fame paulatim confici. Neminem vero ex illis ſimpliciter ad necem tradi, niſi is fuerit homicida.

14 Eundem Patriarcham plenarias dare peccatorum indulgentias & abſolutiones.

15 Eundem à conſilijs habere Duodecim viros, Quibus cum rem eccleſiaſticam diſpenſet & gubernet.

DE REG NO ET STATV IMPERATO ris Preſbyteri Ioannis.

Poſt hæc rogatus de illorum Imperatoris reg no & dominatu, in hunc modũ reſpondit.

ILlum in ampliſſimis ſuis illis regnis immen 1
ſam habere vrbiũ pagorumq́ multitudinẽ.

Proceres Sericeis, Holoſericis, Aureis, Li 2
neis, Byſſinis, Bombycinis cęteriſq́ id genus precioſis veſtibus vti.

Plebeos tantum laneis veſtiri. 3

Varias in iiſdem regnis eſſe merces, easq́ ad 4
modum præcioſas.

Auri, Argenti, aliorumq́ metallorum cum 5
fodinas, tum copiam eſſe.

Nullam haberi monetã, præter eam quæ il 6
luc ex finitimis regnis aſportatur, aurum vero & argentum monetæ loco pondere accipi.

Tritici apud eos plurimam eſſe abundan- 7
tiam; idq́ diuerſorũ adeo colorũ, nempe albi, nigri, rubri, cœrulei &c. Porro farinam omnibus candidam eſſe. Leguminum vero & copiam & diuerſitatem non minorem haberi.

8 Saccarum naſci copioſiſſimum.

9 Boues, oues, equos, mulos, camelos, capras porcos, cæteraq́ id genus domeſtica animalia prę ter aues innumerã ſe poſſidere multitudinẽ

10 Carnem ſuillam non edi, nõ quod conſcien tia aut religio id iubeat, ſed quod corporis incolumitati ſit aduerſa.

11 Imperatoris ſtatum ac ditionem eſſe omnium ampliſſimam, vtpote qui ſexaginta Chriſtianos ingentiũ regnorum reges ſibi ſubditos habeat, quos idem legatus, ſuis quoſq́ nominibus ſingulatim coram nominauit.

12 Præter ſexaginta hos reges, quinq́ adhuc eſſe reges Mahometicos.

13 Innumeros inſup eſſe Regulos, Duces, Comites, Marchiones, Barones, Dominos, magnis & ditionibus & prouentibus inſignes.

14 Inuiolatiſſime ab omnibus illis ſeruari, quid quid Imperator mandarit.

15 Chronica & annales, rerum ab eorum regibus geſtarũ haberi, illiſq́ quidquid fama dignũ fuerit diligenter per chronographos inſcribi.

16 Iura, leges, ſtatuta, ordinationes publicas, ad populum rite gubernandum, apud illos ſcriptas ſeruari.

17 Imperatori aſſidue prę ſẽteis adeſſe. xij. viros à cõſilijs, quibus cũ de regni rebus cõmunicet:

Per vniuerſa imperij ſui regna & ditiones, 18
Iudices eſſe conſtitutos,qui iuxta locorum re
rum & perſonarum exigentiam, cauſſas cum
audiant tum iudicent.

Neminem per iudices ad necem condemna 19
ri licere,niſi ſi quis alterum occiderit. (uẽtus

Imperatori vberrimos vectigaliũ eſſe pro

Eũdem tã ab incolis quàm peregrinis mer 20
catoribus decimam lucri partem ſibi vectiga- 21
lem facere,ſorte manente libera.

Sacri ordinis eſſe milites,qui ſuper cãdido pa 22
ludamento crucis ſymbolo inſigniti,chriãnę fi
dei cauſſa,ſemper ad p̄lia ſe expeditos prębẽt.

Hi milites ſunt,quales ĩ Luſitania, Hiſpania, Germania, Pruſſia, Rhodo,cruce ſignatos eſt uidere.

15 Parentũ heræditates,poſt eorũdẽ mortẽ,
æqua portione ad filios deuenire,nullo habi-
to reſpectu maiores ne, an minores ſint natu.

Nullos in vniuerſis illis regnis & prouincijs
Iudæos eſſe,cum tamen aliquando numeroſio
res fuiſſe conſtet, ſed populo non ferente illo-
rum inſolentias,vna omnes de repente truci-
datos atque extinctos eſſe. 24

Nundinas apud eos eſſe precelebres,& ne- 25
gotiationum copia opulentas.

Regna,prouincias,& ditiones Imp.preſb. 26
Ioã.ſe extẽdere ad vtramq́; vſq; Nili partem.

Nullum,præter Erythræum,hoc eſt,rubrũ 27
mare,illis cognitum eſſe.

DE EODEM ET ORDINE CVRIAE.

1 HVic imperatori, peculiare nomen eſſe Dauidi, Commune vero, Preſb. Ioan. Regi Ebeſſinorum.

Ebeſſini ſūt præcipui populi Indiæ, apud quos magnus ille īperator regni ſedē habet

2 Illius titulos ſic inſcribi, Rex regū Dauid. Rex Ebeſſinorū, Preſbyter Ioānes, Rex regū ipſis Ebeſſinis, omniūq; ſuarū prouinciarū, & iuxta & ad finē marium, Rex Nili, & iudex magni Sultani, & habitationis Cayri, & Cathedræ Alexādrinæ, Virtute Dei & redemptoris noſtri Ieſu chriſti & virtute diuæ virginis Mariæ.

3 Hunc Imperatorem, ex antiquitus recepta conſuetudine, vxores ducere, filias dūtaxat Regum ſibi ſubditorum.

4 Tanti imperij ſucceſſionem, peruenire ad filium maiorem natu tantum.

5 Eū vel ſolū adcuratiſſime nutriri in aula paterna, reliquos vero filios, ſiqui ſint, vel apud Reges vel eminentiores Principes Imperatori ſubditos regio ritu educari.

6 Regnorum ſucceſſionem patriæ iure ad filiam nunquam deuolui, porro defuncto imperatore abſque maſcula prole, cognato ſangui-

ne propiorem ſuccedere. (eſſe.

Vxores Imperatoris mire eximio in ſtatu 7

Imperatori præſto eſſe immenſam cum e- 8
quitum tum peditum multitudinem.

Eũdem (vt milites exerceat) ſemper fere cũ 9
exercitu verſari in campis, vbi in ſplendidiſſi-
mis atq; ornatiſſimis tendiculis militari diſci-
plinæ intenti degunt.

Principem locum inter aulicos tenere impe 10
ratoris Cubicularium.

Imperatori pro corporis cuſtodia, duodecim 11
perpetuo adeſſe regnorum ſuorum primates,
quorum ſingulis parent ſinguli duodecies mil
le militaris diſciplinæ viri.

Eoſdem illos duodeni primates præcipuis 12
fungi officijs aulæ.

Apud eoſdem genealogias, & progenito- 13
rum nomina & agnomina diligenter obſerua
ri, quibus ſuam quiſque & gẽtem, & genus per
noſcere queat.

Imperatoris filios filiaſve, magnis dotib⁹ ma 14
trimonio iungi filijs filiabuſve regũ ei ſubdito
rũ ac tũ gratuita dona à ſubditis vltro offerri.

Illum iuxta temporis neceſſitatem ſuorum 15
ſubditorum ſeruitio & obſequijs vti.

Regum ſubditorum filios (ad alliciendos pa
trum animos) in Imperatoris aula educari. 16

Illum

17 Illum prouocationes ſingularium certaminum ſeu duellorum ſubditis admittere.

18 Matrem nunc regnantis Imperatoris preſbyteri Ioannis vocari Helenam, mulierem ſanctam & magnum cõtinentis vitæ exemplum cui cum eximiæ virtutis gratia, tum ob iuuenilem filij ætatem vniuerſorum regnorum permittuntur habenæ.

19 Regum Imperatorum principumve Chriſtianorum Europæ noticiam ad illos nũquàm perueniſſe, niſi Francorum dũtaxat, quos vernaculæ linguæ idiotiſmo Chriſtianos vocant.

Verum præclaris rebus paucis ab hinc annis per Luſitanos in Turchas, Perſas, Arabas & Indos crebro geſtis, Luſitanorum eorũq; Regis nomen, tandem cepit apud illos & cognoſci & in precio haberi.

HAbes ecce ampliſſime præſul,quæ tuæ amplitudini de indica illa legatione(cum apud te eſſem)pollicitus fueram. Cæterū vt ſupra deſcriptis firmior habeatur fides,addam hic quæ nobilis,mihiq; in primis familiariſſimus Georgius Lupus Dandrade, mecum regio nomine regia negocia apud Belgas gerens vnaq; nobiſcum Antuerpiæ in eiſdem ædibus agens,iamdudum narrauit. Eius autem narratio ſic habet.

Loquitur de India Gangetica

Per ea tempora quibus ipſe regiorum negociorum cauſſa in India verſatus eſt, verſatus eſt autem per aliquot annos, Strenuus homo, Lupus Soarez, ex regio mandato erat primarius dux Præfectus militiæ Luſitanicæ,regniſque & ciuitatibus,oppidiſq; & caſtellis,quę Regis Luſitani ditioni ſubijciuntur ab Aethiopia ad Chinas vſque.Is ingentem parauit ſibi claſſem,qua è maiorum more Cochino (cochinū autem eſt Luſitanorum illic Ducum arx & ſedes) traijceret ad ſinum Arabicum, mare rubrum vulgo vocant, aduerſus Turcham. qui nunc Sultani loco eius ſinus occupat regiones, vbi vero appuliſſet in inſulam quandam, Camaram indigenæ vocant,in eo ſinu ſitam con

feſtim curauit aptari duas naueis,cum lectis aliquot,ſibiq́ꝫ vt familiariſſimis ita & fidiſſimis Luſitanici ſanguinis hominibus,inter quos hic noſter Georgius vnus erat, Quibus mandauit traijcere in aliam inſulam quæ dicitur Mazua,vt illinc ſub negociationis prætextu ex ijſdem nauibus treis mitterent exploratores ad magnum Indorum Imperat.preſbyt. Iohannem, idq́ꝫ duas ob cauſſas: Primum, vt de legatione per ſupra memoratum Matthæum ad Regem noſtrum facta certiores fierent,eáque vera ne an conficta eſſet,reſiſcerent.Deinde vt illic accuratius explorarēt quæ littora,qui portus,ſub ditione preſb.Ioan.eſſent. Ex ijs autē tribus exploratoribus vnus quiſpiam erat clericus,& in ſacris probe expertus,cui nomen Iuſarte Viegas Bracarenſis.

Hi rite perfuncta cum nauigatione tum exploratione,ſaluis ambabus nauibus ad ducem incolumes rediere,renūciantes omnia quæ ibidem viderant,& ab illarum regionum incolis audierant, illámque Matthæi legationem pro veriſſima ſibi compertam fuiſſe. Matthæum vero eundem illum talem prorſus fuiſſe qualem ipſi apud Regem noſtrum hîs oculis legatum vidimus. Cauſam vero,modumq́ꝫ illius legationis narrabant huiuſmodi.

Helena

Helena regina,mater tunc Dauidis preſby-
teri Iohannis,atque omnium illius regnorum
(quia puer erat) prudentiſſima gubernatrix,
cum didiciſſet ex quibuſdam Luſitanis noſtris
qui in illius aulam appulerant,præſertim ex v-
no cui nomen Ioannes Clericus res noſtras a-
pud Indos aduerſus incredulos geſtas, mittit
Matthæũ illum clãcularia quidem legatione ad
Chriſtianiſſimum tunc Luſitaniæ Regẽ Ema-
nuelem id nominis primum,mittit autem cum
illo iuuenem quempiam Ebeſſinum,generis no
bilitate illuſtrẽ,Iacobum nomine, de quo ante
in Legationis deſcriptione mẽtionem fecimus
dedit vero illis literas commendatitias ad Prę
fectum totius eius prouinciæ, quæ ſub ditione
Preſby. Ioan.ad Mazuam & ſinum Arabicum
protenditur, vt illos quam poſſet ſecretiſſime
quibuſvis neceſſarijs adiuuaret, diſſimulans
eſſe mercatores,qui eo negotiationum ſuarum
cauſſa veniſſent. Is Præfectus,& quemcunque
pro tempore eſſe contigerit, Ebeſſino idioma
te Baruagais nominatur. Apud hunc Matthę-
us cum ſocio Ebeſſino ob regiæ commenda-
tionem liberaliter acceptus aliquandiu liberri
me egit, nunquàm cuiquam ſua conſilia cre-
dẽs,neq; vel qd acturus vel quo inde abiturus
eſſet effutiens,ſeſe inter ea(quo tutius ſibi com
miſſa

miſſa perageret) coriorum mercatorē fingens, ſubinde tamen emens Indica quędam clinodia quæ ad Helenam Reginam clanculum mittebat, Atque ſub eiuſmodi prætextu vndiꝗ percurrebat varias variarum Prouinciarū regiones, nimirum id agens vt per varia multorum Luſitanici nominis inimicorum regna & ditionis ab hoſtium inſidijs tutus, tandem ad Luſitaniam peruenire, & ſuſceptæ Legationis munus obire poſſet, ſiquidem alia ad id peragendum nulla erat via. Semper autem quocunque per quaſcunque gentes iter inſtituiſſet, adhibebat ſecum comitem iuuenē illum Ebeſſinum, relicta familia in Arquiquo ea eſt ciuitas maritima, ad ditionem Preſbyt. Iohan. attinens, diſtans ab Mazua inſula circiter paſſus mille in qua Baruagais ille tum habitabat, eſt enim huiuſmodi Præfecturæ perpetua ſedes.

Digreſſio. Iam ſi quiſpiā forte argutulus obijciat, cur è tanto nobilitatis numero, quantus in omniū ampliſſima illa Preſbyt. Iohan. aula eſſe non dubitatur, non miſſi ſint in eam Legationem viri ſenes, graues, multarum rerum experti, & ex Ebeſſinis nati, qui maiorem coram Rege noſtro præ ſe laturi fuiſſent authoritatem, potius quàm iſti, quorum alter ab Ebeſſinorum ſeu Indorum nobilitate erat alienus, nēpe Armē-

Armenicus, alter tametſi Ebeſſinus, & in regia aula educatus, tamen iuuenis, & vterq; ſine regio comitatu, exiguam legationis dignitatem oſtendentes. At huius rei duplex adferri poteſt cauſſa.

Prima in cunctis illis regionibus, quàm vaſtæ ſint, à ſinu Arabico vſq; ad ſinum Gangeti cum tantum duo ſunt Idiomata, nempe Perſicum & Arabicum, quæ ſi quis probe calleat facile per totas illas prouincias verſari queat, Iã perpauci, & ferè nulli ſunt in aula preſbyteri Ioannis viri nobiles Ebeſſini, qui ea idiomata norint, primum quod parciſſimam habeant cõſuetudinem cum exteris aut finitimis populis, deinde quod per quàm raro contingat illos patrijs excedere finibus, patrio idiomate, patrijs moribus contentis, ob id Matthæus ille, cum vtriuſq; illius idiomatis gnarus eſſet, cunctarumq; earum prouinciarum (ad eaſdem enim ſæpe acceſſerat) noticiam haberet, cumq; per id tempus, tametſi Armenus Reginæ à conſilijs eſſet, multáque apud eam authoritate polleret, huic legationi præ cæteris idoneus inueniebatur adiuncto ei iuuene Ebeſſino, qui & linguas & varios gentium mores diſceret, vt ſi quando aliàs opus eſſet, ſimiles legationes obire poſſet.

Altera cauſſa, Res Luſitanicæ apud Indos vel aduerſum Turchas vel Perſas geſtæ, ea tempeſtate nondum ita Ebeſſinis innotuerant, vt illis neceſſum videretur nobilem aliquem ſenem Ebeſſinum, præſertim linguarum imperitum, in tam longæ támque difficilis peregrinationis diſcrimen mittere, donec per alium quemuis certiores redderentur, idcirco Armenum illum Matthæum ad eam rem aptiſſimum, mittere placuit, qui nullo regio comitatu, ſed mercatoris ſpecie, omnia exploraret, id ita eſſe, res ipſa declarat. Quandoquidē poſtquam omnia per illum exacte iam cognita haberent, miſſus eſt alter legatus, vir ſenex, nobilis, patria Ebeſſinus, ſacerdos, ſacrorum & Caldaicæ linguæ peritus, adducto ſecum multo & frequēti Ebeſſinorum nobiliumq́ꝫ ex aula Imperatoris preſbyteri Ioannis comitatu, miſſus eſt inquàm ad potentiſſimum noſtrum Luſitaniæ regem Ioannem, id nominis tertium, ſiquidē Emanuel eius pater deceſſit annos ab hinc ferme decem, Is legatus in præſentiarum cum Indico ſuo comitatu apud eundem noſtrum regem, ait, habeturq́ꝫ à noſtris in precio, & authoritate nō modica, Quē proculdubio haud quaquàm ſic miſſuri erant, niſi per Matthęum de rebus noſtris certiores redditi, Sed iam pau

lum

lum digreſſi ad inſtitutum reuertamur.

Igitur Matthæus ille ſub prætextu fictæ ſuę illius negociationis, cum ad alias pleraſq; ciuitates, tum maxime nonnunquam acceſſit ad Aden vſque, ea eſt ciuitas ad ſinum Arabicum, Turchis ſubiecta, noſtrarum ciuitatum ritu cō ſtructa, diuitijs præpotens, & cunctis munitionibus multo fortiſſima, in qua vbi iam cū aliquot mercatoribus cōtraxiſſet familiaritatem cunctiſq; rite exploratis ſua confeciſſet negotia, vndique apud Turchas ſe Turcham ſimulans (aliàs enim neq; tute per illas regiones peregrinari neq; negotia ſua cōficere potuiſſet) ad Arquiquum vbi familiam reliquerat, cum Achate ſuo Ebeſſino illo, reuerſus eſt, vnde aſſumpta familia, rurſus ad Aden regreditur, ſperans inde cum mercibus & familia poſſe ad Indiam nauigare, ſiquidem ex vrbe Adenſi ſolent traijcere naues ad Indiam, Quo vbi appuliſſet venditis corijs ſuis, emit merces Alexandrinas, quas vna ſecum aueheret ad Indos per quos erat ei moliendum iter ad Luſitanos, iamque nactus nauim, quæ ad Indiam tendebat, omnibus compoſitis eandem conſcenſurus erat cum inter ciues Adenſes oborta eſt ſuſpiciuncula eū exploratorem quempiā eſſe, vnde & detentus, & impeditus fuit ne eam na-

uem conſcenderet, ipſe autem (vt erat & ingenio & longa rerum experientia aſtutus) ita ſe purgauit, claris rationibus ſe probans tantum eſſe mercatorem, nihilq́ ibidem quærere præter mercimonia, vt eum cum familia abſolutum quoquo ſe conferre vellet dimitterent, Dimiſſus ergo nullam iam repperit nauem quæ ad Indos tranſmitteret.

Quare coactus accipere conducticiam, conſcenſa ea, ſoluit inde cum vniuerſa familia, venitq́ Indiam verſus, ad nobilem quandam & opulentam ciuitatem, cui nomen Xaer, quæ diſſita eſt ab vrbe Adenſi ad miliaria ferme centum, vbi itidem nullas offendit naueis Indiam petentes, propterea quòd iam tum hyems eſſet, quæ illic incipit menſe Martio, qua durante mare Indiam verſus nullo modo e[ſt] nauigabile, propter importuniſſimum venti perpetuo ſpiritu (mirabile) ex eadẽ cœli regione ex aduerſo flantem, porrò cum iam opportunum eſſet, nauigauit ab vrbe Xaer ad eam quæ vocatur Fartaq́, ſe vndiq́ mercatorem Thurcam fingens, à qua ſe cõtulit ad eam quã Indigenæ vocant Dabul, profecturus illinc ad vrbem Goam, vbi tum hyemabat magnus ille Alfonſus Dalbuquerq́, Luſitanus, Dux p[ri]mus totius Indiæ, Lupi Soares cuius ſupra me[ntionem]

onem fecimus prædeceſſo
ndiam, Arabiam, Perſiam,
am mare Gangeticum Luſ
minationi, Diſtat autem D
it in littore Indico quadrin
o quadraginta, à Dio autē
is miliaribus, Dio ciuitas
ib ditione Regis Cambaiæ
ue bellicis machinis, & m
munitiſſima. Porrò deſe
Maio vſque ad ſeptembri
traijciendi modus, interi
as negotiationem. Tan
perta ſcapha, clanculũ m
onem, Quod cũ aliquibu
erat indicaſſet forte amici
ori, quod ad Luſitanos
iecturus eſſet, continuo
is delatum eſt, eſſe virum
m incognitum qui ſe fu
duceret, vnde non bon
rius eum orta ſuſpicione
detentus à nauigation
hoc vidit, continuo per
d Indos cum Luſitanis v
os ſibi iam amicos fecera
ad Ducẽ Alfonſum Da
tione

tionem fecimus prædeceſſor, qui totam illam Indiam, Arabiam, Perſiam, Malachamq́; & totum mare Gangeticum Luſitanicæ ſubiecit dominationi, Diſtat autem Dabul à Fartaq́; quæ eſt in littore Indico quadringentis, à Goa vero quadraginta, à Dio autem ſexaginta magnis miliaribus, Dio ciuitas eſt opulentiſſima ſub ditione Regis Cambaiæ, boardis cæteriſque bellicis machinis, & murorum fortitudine munitiſſima. Porrò deſedit in Dabul à menſe Maio vſque ad ſeptembrim, eo quod non eſſet traijciendi modus, interim ibidem ſuam agens negotiationem. Tandem autem exigua reperta ſcapha, clanculũ moliebatur inde abitionem, Quod cũ aliquibus, quos illic nactus fuerat indicaſſet forte amicis, aut ſaltem ſuo vectori, quod ad Luſitanos cum ſuis mercibus traiecturus eſſet, continuo ad vrbis Magiſtratus delatum eſt, eſſe virum quenpiam peregrinum incognitum qui ſe furtim ad Luſitanos ſubduceret, vnde non bona, ſed tamẽ dubia aduerſus eum orta ſuſpitione, blandiuſculis verbis detentus à nauigatione prohibebatur, is vbi hoc vidit, continuo per mercatores qui apud Indos cum Luſitanis verſari conſueuerãt, quos ſibi iam amicos fecerat, ſecretiſſime ſcribit ad Ducẽ Alfonſum Dalbuquerq́;, Indicans

illi quàm potuit diligenter, quo in ſtatu res eſſent ſuæ, Ille quàm mox vt de his certior factus eſt, mittit eo naueis aliquot & biremes & triremes, Duce Silueſtro Corzo, Quo vt is adpuliſſet continuo ſignificat Magiſtratibus ſe ad eos miſſum à magno Duce Alfonſo Dalbuquerque, quæſitum hominem quempiam illic negociantem, cuius conueniendi copia ſibi eſſet perneceſſaria, cúmque illum ipſum eſſe quē quærebat Matthæum, Quo cognito, facta eſt ei conueniendi hominis copia, eíque ille in manibus libere dimiſſus eſt, ob id autem Dabulenſes hac liberalitate erga illum vſi ſunt, vt ne manifeſte viderentur nobis eſſe hoſtes, quandoquidem multū à noſtris Luſitanis qui in Goa & alibi per Indiam verſantur, accipiunt lucri, vbi tamen poſſunt, clanculum nos mordent. Igitur abductus ab vrbe Dabul Matthæus vna cum Iuuene illo nobili Ebeſſino, vniuerſaque familia, peruenit tandem ad Goam, vbi magnum illum Ducem Alfonſum cum innumera & populorum & nobilium Luſitanorum multitudine tum hibernare diximus. Goa eſt & inſula pariter, & in eadem eiuſdem nominis ciuitas, Ciuitas inquam, vt opulentiſſima, ita & omnium rerum ad humanum vſum multo abundantiſſima, In ea verſantur omnis ge-

neris mercatores Indi, Arabes, Perſæ, regnorumq; Narſingæ & Cambaiæ, in Inſulæ ambitu quatuor ſunt & magna & munitiſſima caſtra, à multis ſtipendiarijs Luſitanici generis militibus rite ſeruata, Ciuitatem inhabitant fere mille & quingenti Luſitani, Ciues ibidem, cum vxoribus, liberiſq; & familijs, præter alios quàmplurimos & ſtipendiarios & qui negociationis cauſſa illic verſantur. Tota autem illa Inſula cum ciuitate & caſtris ditioni Luſitanicæ ſubijcitur, in ea ciuitate ſunt literarij ludi magiſtri, cum latinam tum Luſitanicam linguam publicâ profeſſione docentes, vnde & totius eius inſulæ indigenæ, vtramq; eam linguam æque callent, atque eam in qua & nati & educati ſunt, Chriſti fides apud illos paſſim & diuulgata & accepta eſt. Sunt ibidem & multa & ſatis ſumptuoſa templa cœnobiaq;, cum alia, tum maxime Franciſcana, vbi cultus diuinus magis ac magis ſubinde augeſcens, quotidie fit maior, celebriorq;. In ea ciuitate in ſuperiori limine portæ quam vocant ſanctam Mariam di ſera, nunc non ſine magna veneratione ſeruantur oſſa magni illius tūc ducis Alfonſi Dalbuquerq;. Cæterum vbi iā Matthæus ab vrbe Dabul ad portum Goę appuliſſet Dux Alfonſus eum ad ſe venire iubet, Ille vero nauem

exire abnuit, reſpondens ſe non cuiuſuis princi
pis, ſed maximi illius Imperatoris preſbyteri
Ioan. Legatum eſſe, Indignum quoq; & haud
æquum cenſeri, ſi & tanti & Chriſtiani Impe-
ratoris Legatus, à tanto Duce quantus Alfon-
ſus illic erat, ſine debiti honoris ſolennitate re
ciperetur, Igitur Alfonſus cōuocatis omnibus
preſbyteris & clericis, totaq; nobilitate quæ
tum preſto erat, ijt Matthæo, vt Magni Impe
ratoris preſbyteri Ioannis Legato obuiam,
cum crucibus cæteriſq; id genus eccleſiaſticis
ornamentis, Clericis feſtiuiter cātantibus hym
num illum eccleſiaſticum, Te Deum lauda-
mus &c. Poſt dies vero paucos cœpit Alfon-
ſus illum rogare de ſua Legatione, cui reſpon-
dit ſe à preſbytero Ioanne mitti ad Chriſtianiſ
ſimum Emanuelem Luſitanorum Regem, at-
que illi ſoli legationem aperire debere, Quo
audito Dux nihil quicquam amplius de illius
legatione percunctatus eſt. Sed ubi opportu-
num videbatur, illū ad noſtram Luſitaniā naui
gare feſtinantem, cum tota familia, & nobili il
lo Iuuene Ebeſſino, perhumaniter à ſe dimiſ-
ſum, ſummo cum honore ad portum vſq; per
ſecutus eſt, atq; ita ille ſe ventis pelagoq; cōmit
tens, à Goa ſoluēs, ad Luſitaniā cōtendit, Hæc
omnia narrauit nobis coram noſter iſte Geor
gius

gius Lupus Dandrade, ſe pro veris comperta
habuiſſe, cum (vt ante oſtendimus) à magno
præfecto Indiæ Lupo Soarez miſſus eſſet ex
Inſula Camara, ac ſub negotiationis prætextu
explorandum apud Ebeſſinos, de illius legatio
nis veritate: Cum autem ille in Luſitaniam cũ
Iuuene illo Ebeſſino & familia appelleret, ego
(vt antea teſtatus ſum) præſens aderam homi
némque vidi, ac ſæpiſſime eundem adlocutus
ſum. Erat autem homo mediocri ſtatura, colo
re ſubalbido, ad pallorem vergente, capillo lõ
go, cano, barba prolixa, atq; itidem cana, Quę
om̃nia prolixius tibi declarare volui Pręſul or
natiſſime, vt & tibi & cunctis veritatis amato
ribus rem vere geſtam non ſuperſtitioſe conſi
ctam probaremus.

DE PILAPIIS.

MEmini ornatiſſime Præſul, cum apud
te eſſem te mihi retuliſſe, ſub Archie
piſcopatus tui ditione eſſe, ſatis vaſtã
illam Scythici orbis regionem, quam Pilapiam
vocant, vbi neque vlla Dei & Chriſti cognitio
neque Lex, neque vllus humane viuendi ritus
eſt, Res profecto miſerrima, & à veſtris haud
chriſtiane conſiderata, Accepi autem à viris cũ
bonis tum pijs, vero verius eſſe, veſtros nobi
les (proh dedecus ingẽs) cauſſam dare, quo mi

nuſ Gentes illæ è beluis mitiores factæ, Chriſtianæ fiant, Quandoquidē ita ſibi putant plurimum à turpiſſimo lucro & conſueta rapina, quibus miſeros & innocentes illos per inſatiabilem auaritiā grauiſſime premunt, ademptū iri. Oraui igitur tum te, quemadmodū & nunc quoque te oro atque etiam per Chriſtum obſecro, ac non tantum ego, ſed & omnes qui eodem ſpiritu mecum idem ſentiunt, vt pro paſtorali tua ſollicitudine ſummo conatu tantum efficias, immo & ex officio tibi à Chriſto commiſſo efficere debes, vt fœda illa & nimis quam tyrannica procul nobilium veſtrorū auaricia, ſimpliciſſimæ illæ animæ ad Chriſti tandem cognitionem alliciantur, pendentes deinceps principibus debita vectigalia, perinde atque cæteri Chriſtiani ſuis principibus vltro pēdere ſunt ſoliti. Proinde videant nobiles illi veſtri quid agant ne cogāt tantā perditarū ouicularū multitudinem olim coram Iudice Chriſto iuſtiſſimum aduerſus tantam illorum auariciȩ tyrannidis ingluuiem poſtulare iudicium. Tu vero præſul optime cura vt hanc rem in portum ducas quod ſi facis, vide quam gloriā, quā mercedem à Deo, quam vero laudem, quod præconium habiturus ſis ab hominibus. Reliquum eſt præſul ornatiſſime vt & quam diu

tiſſi

tiſſime & quàm fœliciſſime valeas. Arbitror me breui aut ad Luſitaniam ad Dominum noſtrum Regem, aut ad Germanias hinc profecturum. Vbiubi autem me futurum eſſe contigerit, ſemper ex animo tuus ero, fratrem tuum Olaum magnum Gothum mihi amicum multo ſuauiſſimum meis verbis iterum atque iterum ſaluere iubias velim. Antuerpiæ ex publicis Luſitanicę noſtræ nationis ædibus.

Cal. Decē. Anno.

M.D.XXXI.

De ori

DE ORIGINE REGVM TVRCARVM

compendioſa quædam Perioche, per Andream à Lacuna Secobienſem, collecta.

De Ottomano. Caput I.

TVrchæ à Scythis mari Caſpio vicinis, quos nunc appellamus Tartaros ſuam ducunt originem: id quod certe, quum ex vultu & arrogantia ſermonis, tum vel maxime ex ferino eorum bellandi more liquido conſtat. Qui quidem anno circiter nonagenteſimoab orbe redempto, ſub Solimano duce fortiſſimo quem ipſi inter omneis elegerant, natali ſolo relicto, inuaſerunt Perſidem, atque item Aſiam minorem. Quarum ſane regionum occuparunt maiorem partem, latrocinantes magis quam iuſtum bellum gerentes. Quia vero ille dux Solimanus ex Troiana ſe progenie ortum iactabat, inde putant aliqui à Teucris (ſic enim vocabãtur Troani) fuiſſe Turcarum nomen, voce iam corrupta, contractum. Poſt Solimanum extinctum

duce

duce aliquo inſigni diu ipſi Turcæ caruerunt. Quare pecudum inſtar palantes, modo huc, modo illuc, gregatim ſuas incurſiones faciebant Anno autem 1300. à Chriſto nato, cœpit Ottomanus inter eos illuſtris fieri, nomineque & authoritate antecellere, vir ille quidem humili loco natus ſed qui egregie ſuum poſtea genus nobilitauit. Is igitur ob ſingulares virtutes animi & corporis, quibus conſpicuus erat, omnium Imperator electus, breui magnam Bithyniæ partem ſubegit, nomenq; familiæ ſuæ, vna cum regno, Turcarum Imperatoribus indidit, qui ab eo per rectam omnes maſculinam lineam oriuntur. Cæterum vbi regni gubernacula geſſit annos viginti octo, exceſſit ad ſuum Mahometum. Anno 1328. Pont. Benedicto xi.

De Orchane. Caput II.

OTtomano ſucceſſit Orchanes filius, induſtria & gloriæ cupiditate ſuo patri nō cedens. Duxit, in vxorem filiam Ciliciæ regis quem poſtea magna regni parte ſpoliauit. Bellum Imperatori Conſtantinopolitano primus omnium Turcarum molitus eſt, tandémque expugnauit Pruſam, auguſtiſſimam illam regum Bithyniæ ſedem. In cuius oppugnationis conflictu, letali vulnere accepto,

ro,cum morte coactus fuit conflictari. Imperauit annos xxij. obijtq; Clemente VI. Pont.

De Ammurate I. Caput III.

HVic Ammurates filius ſucceſſit, totius Græciæ magna peſtis, lues & internicio. Is ſiquidem homo omnium fraudulentiſſimus, Imperatoris Conſtantinopolitani ſe verum amicum ſimulans, anno 1363. numeroſo milite inſtructus in Grçciam venit, ceu hoſtes ipſius Imperatoris profligaturus: vbi expugnauit Callipolim, Philippolim, ampliſſimamq; Hadrianopolim. Quanquã haud multo poſt, tanti ſceleris dedit pœnas condignas. Nam poſt 23. imperij ſui annum, à ſeruo quodam Chriſtiano eodemq; animi inuicti, cuius ipſe herum Lazarum Seruiæ Principem trucidauerat, pugione confoſſus eſt anno 1373. Gregorio IX. Pontifice.

De Baiazeto I. Caput IIII.

POſt Ammuratem Baiazetus filius, imperij habenas ſuſcepit, vir ſceleris & acutiſſimi ingenij ſed magna augendæ ditionis ſuæ flagrans libidine. Cuius etiam votis fortuna ſe aliquando indulgẽtiſſimã præbuit. Quippe vbi primũ regnare incepit, omneis fere Bulgariæ ciuitates deuicit. Hungariæ, Albaniæ & Daciæ plurimũ fecit negotij. Anno 1395. obſe-

dit

dit Conſtātinopolim, eā'q; expugnaſſet facile, ni reuocatus à Zāberlano, qui infinita pene militū multitudine Turcarū fines inuaſerat, coactus fuiſſet ipſam obſidionē reſoluere. Victus tandē à Zāberlano ponè montem Stellā, vinctuſq; aurea cathena, inferreo corbe vitā miſer abſoluit quem prius Grecia vix continere potuerat. Obijt autem Bonifacio ix. Pont.

De Calepino, Caput V.

SIc Baiazeto ſublato, continuo Calepinus filius regnū amplexus eſt: pro virili ſtudēs paternæ mederi iacturæ, id quod ſatis illi fœliciter ceſſit. Nam quum Sigiſmundum bello funditus deturbaſſet, poſtea recuperauit cō plura quæ à patre male fuerant amiſſa. Cæterum 6 imperij anno, præmatura occupatus eſt morte, Alexandro V. Pont.

De Mahomero I. Caput VI.

POſt Calepinum patrē dominatus eſt Mahometus, vir militari induſtria cōſpicuus nec minus in agendis rebus conſilio valēs Qui quidem vbi 14. annos regno potitus eſt, conceſſit fatis anno 1419 Marti. V. Pont.

De Ammurate II. Caput VII.

MAhometo ſucceſſit ille ſtrenuiſſimus at immaniſſimus Ammurates, victorijs & rebus geſtis, gloriā maiorū ſuo

rum

rum obſcurans. Qui quidem præter alia quæ peregit fœliciter, Scopiam & Nouemontum poſt longam obſidionem recepit, Venetorum ſenatui Theſſalonicam illam nobilem ciuitatem eripuit, Ladislaum Poloniæ & Hungariæ regem anno 1444. cum eóque multos primores & principes ſuperauit. Vaſtauit Peloponneſum, Valonam inſignem portum vi obtinuit: primúſque Turcarum regum inſtituit pedeſtrem eorum ordinem militum, qui perfidi Chriſtiani exiſtunt, hodiéque Giannizari nominantur. Obijt autem Hadrianopolis anno 1450. Menſe Septemb. Imperij ſui anno 51. Nicolao V. Pont.

De Mahometo II. Caput VIII.

Ammurate vita iam functo, Mahometus II. magno applauſu militum ſibi regni coronam impoſuit: iuuenis vt crudeli animo, ſic liberalitate ingenuiſſimus. Qua quidem continebat in officio atque fide vniuerſos. Is igitur, fortuna auxiliante, Deóque etiam ob noſtra ſcelera id permittente, ducentas vrbes Chriſtianam pietatem ſecutas, in ſuam poteſtatem redegit. Inter quas ſanè anno 1453. quarto Calendas Iunias, inuadens Conſtantinopolim eam occupauit. In cuius expugnatione nullæ ſcelerum facies defuerunt. Non dignitatis,

tatis, non ſexus, non ætatis habita ratio Stupra cædibus, cædes ſtupris additæ. Ipſa Diuorum templa diruta. Martyrum oſſa canibus ſubiiſ. que proiecta. Omnes Græciæ vrbes ſubegit. Lemnum inſulam, & Mitylenem, haud multo poſt bello obtinuit, expugnauitq; Eubœam, haud ſine maxima Chriſtianorum ſtrage. Sub iugauit magnam Valachiæ partem, Capham vrbem Genuentium cœpit. Trapezuntij occupauit imperium, Dauidemq; miſerum neci dedit Imperatorem Chriſtianum. Et qui multis ſæuam mortem intulerat, acerbiſſimo dolore colico è vita ſublatus eſt, quinto Nonas Maij, anno 1481. *Sixto IIII. Pont.*

De Baiazeto II. Caput IX.

POſteaquam Mahometus hac luce priuatus fuit, pluries quidem aſpirabant ad regnum: qua ratione vniuerſa Græcia multis diſſidijs militum cõcutiebatur: illis quidem hic, his autem illi fauentibus. Factum autem eſt tandem, vt potioris partis ſuffragio Baiazetus Mahometi filius, qui tum temporis erat in Cappadocia, Imperator electus fuerit. Vir exquiſito iudicio, animoq; ad ſubeundos labores prompto. Is porrò tertio Imperij ſui anno armis Valachiam impetẽs, ad ipſius Danubij fauces acriter expugnauit Lithoſtomon. Hunga-

Altera cauſſa, Res Luſitanicæ apud Indos
vel aduerſum Turchas vel Perſas geſtæ, ea tem
peſtate nondum ita Ebeſſinis innotuerant, vt
illis neceſſum videretur nobilem aliquem ſe-
nem Ebeſſinum, præſertim linguarum imperi
tum, in tam longæ támque difficilis peregrina
tionis diſcrimen mittere, donec per alium
quemuis certiores redderentur, idcirco Ar-
menum illum Matthæum ad eam rem aptiſ-
ſimum, mittere placuit, qui nullo regio comi-
tatu, ſed mercatoris ſpecie, omnia exploraret;
id ita eſſe, res ipſa declarat. Quandoquidē poſt
quam omnia per illum exacte iam cognita ha
berent, miſſus eſt alter legatus, vir ſenex, nobi
lis, patria Ebeſſinus, ſacerdos, ſacrorum & Cal
daicæ linguæ peritus, adducto ſecum multo &
frequēti Ebeſſinorum nobiliumq́ ex aula Im
peratoris preſbyteri Ioannis comitatu, miſſus
eſt inquàm ad potentiſſimum noſtrum Luſita
niæ regem Ioannem, id nominis tertium, ſiqui
dē Emanuel eius pater deceſſit annos ab hinc
ferme decem, Is legatus in præſentiarum cum
Indico ſuo comitatu apud eundem noſtrum re
gem, ait, habeturq́ à noſtris in precio, & au-
thoritate nō modica, Quē proculdubio haud
quaquàm ſic miſſuri erant, niſi per Matthęum
de rebus noſtris certiores redditi, Sed iam pau

lum

lum digreſſi ad inſtitutum reuertamur.

Igitur Matthæus ille ſub prætextu fictæ ſuę illius negociationis, cum ad alias pleraſq; ciuitates, tum maxime nonnunquam acceſſit ad Aden vſque, ea eſt ciuitas ad ſinum Arabicum, Turchis ſubiecta, noſtrarum ciuitatum ritu cō ſtructa, diuitijs præpotens, & cunctis munitionibus multo fortiſſima, in qua vbi iam cū aliquot mercatoribus cōtraxiſſet familiaritatem cunctiſq; rite exploratis ſua confeciſſet negotia, vndique apud Turchas ſe Turcham ſimulans (aliàs enim neq; tute per illas regiones peregrinari neq; negotia ſua cōficere potuiſſet) ad Arquiquum vbi familiam reliquerat, cum Achate ſuo Ebeſſino illo, reuerſus eſt, vnde aſſumpta familia, rurſus ad Aden regreditur, ſperans inde cum mercibus & familia poſſe ad Indiam nauigare, ſiquidem ex vrbe Adenſi ſolent traijcere naues ad Indiam, Quo vbi appuliſſet venditis corijs ſuis, emit merces Alexandrinas, quas vna ſecum aueheret ad Indos per quos erat ei moliendum iter ad Luſitanos, iámque nactus nauim, quæ ad Indiam tendebat, omnibus compoſitis eandem conſcenſurus erat cum inter ciues Adenſes oborta eſt ſuſpiciuncula eū exploratorem quempiā eſſe, vnde & detentus, & impeditus fuit ne eam na-

uem conſcenderet, ipſe autem (vt erat & inge-
nio & longa rerum experientia aſtutus) ita ſe
purgauit, claris rationibus ſe probans tantum
eſſe mercatorem, nihilq́ ibidem quærere præ-
ter mercimonia, vt eum cum familia abſolu-
tum quoquo ſe conferre vellet dimitterent. Di-
miſſus ergo nullam iam repperit nauem quæ
ad Indos tranſmitteret.

Quare coactus accipere conducticiam, con-
ſcenſa ea, ſoluit inde cum vniuerſa familia, ve-
nitq́ Indiam verſus, ad nobilem quandam &
opulentam ciuitatem, cui nomen Xaer, quæ
diſſita eſt ab vrbe Adenſi ad miliaria ferme cen
tum, vbi itidem nullas offendit naueis In-
diam petentes, propterea quòd iam tum hy-
ems eſſet, quæ illic incipit menſe Martio, qua
durante mare Indiam verſus nullo modo eſt
nauigabile, propter importuniſſimum ventũ,
perpetuo ſpiritu (mirabile) ex eadẽ cœli regio-
ne ex aduerſo flantem, porrò cum iam oppor-
tunum eſſet, nauigauit ab vrbe Xaer ad eam
quæ vocatur Fartaq́, ſe vndiq́ mercatorem
Thurcam fingens, à qua ſe cõtulit ad eam quã
Indigenæ vocant Dabul, profecturus illinc
ad vrbem Goam, vbi tum hyemabat magnus
ille Alfonſus Dalbuquerq́, Luſitanus, Dux pri-
mus totius Indiæ, Lupi Soares cuius ſupra mẽ
tionem

tionem fecimus prædeceſ
Indiam, Arabiam, Perſiam
num mare Gangeticum L
minationi, Diſtat autem
eſt in littore Indico quad
to quadraginta, à Dio au
nis miliaribus, Dio ciui
ſub ditione Regis Camb
que bellicis machinis, &
ne munitiſſima. Porrò d
ſe Maio vſque ad ſeptem
ſet traijciendi modus, in
gens negotiationem. T
reperta ſcapha, clanculũ
tionem, Quod cũ aliqui
fuerat indicaſſet forte am
ctori, quod ad Luſitano
traiecturus eſſet, contin
tus delatum eſt, eſſe viru
num incognitum qui ſe
ſubduceret, vnde non b
uerſus eum orta ſuſpitio
bis detentus à nauigati
Vbi hoc vidit, continuo
pud Indos cum Luſitani
quos ſibi iam amicos fe
bit ad Ducẽ Alfonſum.

tionem fecimus prædeceſſor, qui totam illam Indiam, Arabiam, Perſiam, Malachamq́ & totum mare Gangeticum Luſitanicæ ſubiecit dominationi, Diſtat autem Dabul à Fartaq́ quæ eſt in littore Indico quadringentis, à Goa vero quadraginta, à Dio autem ſexaginta magnis miliaribus, Dio ciuitas eſt opulentiſſima ſub ditione Regis Cambaiæ, boardis cæteriſque bellicis machinis, & murorum fortitudine munitiſſima. Porrò deſedit in Dabul à menſe Maio vſque ad ſeptembrim, eo quod non eſſet traijciendi modus, interim ibidem ſuam agens negotiationem. Tandem autem exigua reperta ſcapha, clanculũ moliebatur inde abitionem, Quod cũ aliquibus, quos illic nactus fuerat indicaſſet forte amicis, aut ſaltem ſuo vectori, quod ad Luſitanos cum ſuis mercibus traiecturus eſſet, continuo ad vrbis Magiſtratus delatum eſt, eſſe virum quenpiam peregrinum incognitum qui ſe furtim ad Luſitanos ſubduceret, vnde non bona, ſed tamẽ dubia aduerſus eum orta ſuſpitione, blandiuſculis verbis detentus à nauigatione prohibebatur, is vbi hoc vidit, continuo per mercatores qui apud Indos cum Luſitanis verſari conſueuerãt, quos ſibi iam amicos fecerat, ſecretiſſime ſcribit ad Ducẽ Alfonſum Dalbuquerq́, Indicans

illi quàm potuit diligenter, quo in ſtatu res eſſent ſuæ, Ille quàm mox vt de his certior factus eſt, mittit eo naueis aliquot & biremes & triremes, Duce Siluestro Corzo, Quo vt is adpuliſſet continuo ſignificat Magiſtratibus ſe ad eos miſſum à magno Duce Alfonſo Dalbuquerque, quæſitum hominem quempiam illic negociantem, cuius conueniendi copia ſibi eſſet perneceſſaria, eúmque illum ipſum eſſe quẽ quærebat Matthæum, Quo cognito, facta eſt ei conueniendi hominis copia, eíque ille in manibus libere dimiſſus eſt, ob id autem Dabulenſes hac liberalitate erga illum vſi ſunt, vt ne manifeſte viderentur nobis eſſe hoſtes, quandoquidem multũ à noſtris Luſitanis qui in Goa & alibi per Indiam verſantur, accipiunt lucri, vbi tamen poſſunt, clanculum nos mordent. Igitur abductus ab vrbe Dabul Matthæus vna cum Iuuene illo nobili Ebeſſino, vniuerſáque familia, peruenit tandem ad Goam, vbi magnum illum Ducem Alfonſum cum innumera & populorum & nobilium Luſitanorum multitudine tum hibernare diximus. Goa eſt & inſula pariter, & in eadem eiuſdem nominis ciuitas, Ciuitas inquam, vt opulentiſſima, ita & omnium rerum ad humanum vſum multo abundantiſſima, In ea verſantur omnis generis

neris mercatores Indi, Arabes, Perſæ, regnorumq́ Narſingæ & Cambaiæ, in Inſulæ ambitu quatuor ſunt & magna & munitiſſima caſtra, à multis ſtipendiarijs Luſitanici generis militibus rite ſeruata, Ciuitatem inhabitant fere mille & quingenti Luſitani, Ciues ibidem, cum vxoribus, liberisq́ & familijs, præter alios quàmplurimos & ſtipendiarios & qui negociationis cauſſa illic verſantur. Tota autem illa Inſula cum ciuitate & caſtris ditioni Luſitanicæ ſubijcitur, in ea ciuitate ſunt literarij ludi magiſtri, cum latinam tum Luſitanicam linguam publica profeſſione docentes, vnde & totius eius inſulæ indigenæ, vtramq́ eam linguam æque callent, atque eam in qua & nati & educati ſunt, Chriſti fides apud illos paſſim & diuulgata & accepta eſt. Sunt ibidem & multa & ſatis ſumptuoſa templa cœnobiaq́, cum alia, tum maxime Franciſcana, vbi cultus diuinus magis ac magis ſubinde augeſcens, quotidie fit maior, celebriorq́. In ea ciuitate in ſuperiori limine portæ quam vocant ſanctam Mariam di ſera, nunc non ſine magna veneratione ſeruantur oſſa magni illius tūc ducis Alfonſi Dalbuquerq́. Cæterum vbi iā Matthæus ab vrbe Dabul ad portum Goę appuliſſet Dux Alfonſus eum ad ſe venire iubet, Ille vero nauem

exire abnuit, reſpondens ſe non cuiuſuis princi pis, ſed maximi illius Imperatoris preſbyteri Ioan. Legatum eſſe, Indignum quoq; & haud æquum cenſeri, ſi & tanti & Chriſtiani Imperatoris Legatus, à tanto Duce quantus Alfonſus illic erat, ſine debiti honoris ſolennitate reciperetur, Igitur Alfonſus cõuocatis omnibus preſbyteris & clericis, totaq; nobilitate quãtum preſto erat, ijt Matthæo, vt Magni Imperatoris preſbyteri Ioannis Legato obuiam, cum crucibus cæteriſq; id genus eccleſiaſticis ornamentis, Clericis feſtiuiter cãtantibus hymnum illum eccleſiaſticum, Te Deum laudamus &c. Poſt dies vero paucos cœpit Alfonſus illum rogare de ſua Legatione, cui reſpondit ſe à preſbytero Ioanne mitti ad Chriſtianiſſimum Emanuelem Luſitanorum Regem, atque illi ſoli legationem aperire debere, Quo audito Dux nihil quicquàm amplius de illius legatione percontatus eſt. Sed ubi opportunum videbatur, illũ ad noſtram Luſitaniã naui gare feſtinantem, cum tota familia, & nobili illo Iuuene Ebeſſino, perhumaniter à ſe dimiſſum, ſummo cum honore ad portum vſq; per ſecutus eſt, atq; ita ille ſe ventis pelagoq; cõmittens, à Goa ſoluẽs, ad Luſitaniã cõtendit, Hæc omnia narrauit nobis coram noſter iſte Geor

gius

gius Lupus Dandrade, ſe pro veris comperta habuiſſe, cum (vt ante oſtendimus) à magno præfecto Indiæ Lupo Soarez miſſus eſſet ex Inſula Camara, ac ſub negotiationis prætextu explorandum apud Ebeſſinos, de illius legationis veritate: Cum autem ille in Luſitaniam cũ Iuuene illo Ebeſſino & familia appelleret, ego (vt antea teſtatus ſum) præſens aderam hominémque vidi, ac ſæpiſſime eundem adlocutus ſum. Erat autem homo mediocri ſtatura, colore ſubalbido, ad pallorem vergente, capillo lõgo, cano, barba prolixa, atq; itidem cana, Quę omnia prolixius tibi declarare volui Pręſul ornatiſſime, vt & tibi & cunctis veritatis amatoribus rem vere geſtam non ſuperſtitioſe confictam probaremus.

DE PILAPIIS.

MEmini ornatiſſime Præſul, cum apud te eſſem te mihi retuliſſe, ſub Archiepiſcopatus tui ditione eſſe, ſatis vaſtã illam Scythici orbis regionem, quam Pilapiam vocant, vbi neque vlla Dei & Chriſti cognitio neque Lex, neque vllus humane viuendi ritus eſt, Res profecto miſerrima, & à veſtris haud chriſtiane conſiderata, Accepi autem à viris cũ bonis tum pijs, vero verius eſſe, veſtros nobiles (proh dedecus ingẽs) cauſſam dare, quo mi

nuſ Gentes illæ è beluis mitiores factæ, Chriſtianæ fiant, Quandoquidē ita ſibi putant pluꝛimum à turpiſſimo lucro & conſueta rapina, quibus miſeros & innocentes illos per inſatiabilem auaritiã grauiſſime premunt, ademptũ iri. Oraui igitur tum te, quemadmodũ & nunc quoque te oro atque etiam per Chriſtum obſecro, ac non tantum ego, ſed & omnes qui eodem ſpiritu mecum idem ſentiunt, vt pro paſtorali tua ſollicitudine ſummo conatu tantum efficias, immo & ex officio tibi à Chriſto commiſſo efficere debes, vt fœda illa & nimis quam tyrannica procul nobilium veſtrorũ auaricia, ſimpliciſſimæ illæ animæ ad Chriſti tandem cognitionem alliciantur, pendentes deinceps principibus debita vectigalia, perinde atque cæteri Chriſtiani ſuis principibus vltro pēdere ſunt ſoliti. Proinde videant nobiles illi veſtri quid agant ne cogāt tantã perditarũ ouicularũ multitudinem olim coram Iudice Chriſto iuſtiſſimum aduerſus tantam illorum auariciꝫ tyrannidis ingluuiem poſtulare iudicium. Tu vero præſul optime cura vt hanc rem in portum ducas quod ſi facis, vide quam gloriã, quã mercedem à Deo, quam vero laudem, quod præconium habiturus ſis ab hominibus. Reliquum eſt præſul ornatiſſime vt & quam diutiſſi

tiſſime & quàm fœliciſſime valeas. Arbitror
me breui aut ad Luſitaniam ad Dominum no
ſtrum Regem, aut ad Germanias hinc profe-
cturum. Vbiubi autem me futurum eſſe conti
gerit, ſemper ex animo tuus ero, fratrem tuum
Olaum magnum Gothum mihi amicum mul-
to ſuauiſſimum meis verbis iterum at-
que iterum ſaluere iubias velim. An
tuerpiæ ex publicis Luſitaniç
noſtræ nationis ædibus.
Cal. Decē. Anno.
M.D.XXXI.

De ori

DE ORIGI-
NE REGVM TVRCARVM
compendioſa quædam Perioche, per Andream à Lacuna Secobienſem, collecta.

De Ottomano. Caput I.

TVrchæ à Scythis mari Caſpio vicinis, quos nunc appellamus Tartaros ſuam ducunt originem: id quod certe, quum ex vultu & arrogantia ſermonis, tum vel maxime ex ferino eorum bellandi more liquido conſtat. Qui quidem anno circiter nonagenteſimo ab orbe redempto, ſub Solimano duce fortiſſimo quem ipſi inter omneis elegerant, natali ſolo relicto, inuaſerunt Perſidem, atque item Aſiam minorem. Quarum ſane regionum occuparunt maiorem partem, latrocinantes magis quam iuſtum bellum gerentes. Quia vero ille dux Solimanus ex Troiana ſe progenie ortum iactabat, inde putant aliqui à Teucris (ſic enim vocabãtur Troani) fuiſſe Turcarum nomen, voce iam corrupta, contractum. Poſt Solimanum extinctum

duce

Digitized by Google

duce aliquo inſigni diu ipſi Turcæ caruerunt. Quare pecudum inſtar palantes, modo huc, modo illuc, gregatim ſuas incurſiones faciebant Anno autem 1300. à Chriſto nato, cœpit Ottomanus inter eos illuſtris fieri, nomineque & authoritate antecellere, vir ille quidem humili loco natus ſed qui egregie ſuum poſtea genus nobilitauit. Is igitur ob ſingulares virtutes animi & corporis, quibus conſpicuus erat, omnium Imperator electus, breui magnam Bithyniæ partem ſubegit, nomenq́ familiæ ſuæ, vna cum regno, Turcarum Imperatoribus indidit, qui ab eo per rectam omnes maſculinam lineam oriuntur. Cæterum vbi regni gubernacula geſſit annos viginti octo, exceſſit ad ſuum Mahometum. Anno 1328. Pont. Benedicto xi.

De Orchane. Caput II.

OTtomano ſucceſſit Orchanes filius, induſtria & gloriæ cupiditate ſuo patri nō cedens. Duxit, in vxorem filiam Ciliciæ regis quem poſtea magna regni parte ſpoliauit. Bellum Imperatori Conſtantinopolitano primus omnium Turcarum molitus eſt, tandémque expugnauit Pruſam, auguſtiſſimam illam regum Bithyniæ ſedem. In cuius oppugnationis conflictu, letali vulnere accepto,

ro, cum morte coactus fuit conflictari. Imperauit annos xxij. obijtq; Clemente VI. Pont.

De Ammurate I. Caput III.

HVic Ammurates filius ſucceſſit, totius Græciæ magna peſtis, lues & internicio. Is ſiquidem homo omnium fraudulentiſſimus, Imperatoris Conſtantinopolitani ſe verum amicum ſimulans, anno 1363. numeroſo milite inſtructus in Græciam venit, ceu hoſtes ipſius Imperatoris profligaturus: vbi expugnauit Callipolim, Philippolim, ampliſſimamq; Hadrianopolim. Quanquã haud multo poſt, tanti ſceleris dedit pœnas condignas. Nam poſt 23. imperij ſui annum, à ſeruo quodam Chriſtiano eodemq; animi inuicti, cuius ipſe herum Lazarum Seruiæ Principem trucidauerat, pugione confoſſus eſt anno 1373. Gregorio IX. Pontifice.

De Baiazeto I. Caput IIII.

POſt Ammuratem Baiazetus filius, imperij habenas ſuſcepit, vir ſceleris & acutiſſimi ingenij ſed magna augendæ ditionis ſuæ flagrans libidine. Cuius etiam votis fortuna ſe aliquando indulgẽtiſſimã præbuit. Quippe vbi primũ regnare incepit, omneis fere Bulgariæ ciuitates deuicit. Hungariæ, Albaniæ & Daciæ plurimũ fecit negotij. Anno 1395. obſe

dit Conſtãtinopolim, eã'q; expugnaſſet facile, ni reuocatus à Zãberlano, qui infinita pene mi litũ multitudine Turcarũ fines inuaſerat, coa- ctus fuiſſet ipſam obſidionẽ reſoluere. Victus tandẽ à Zãberlano ponè montem Stellã, vin- ctu'q; aurea cathena, inferreo corbe vitã miſer abſoluit quem prius Græcia vix continere po- tuerat. Obijt autem Bonifacio ix. Pont.

De Calepino, Caput V.

SIc Baiazeto ſublato, continuo Calepinus filius regnũ amplexus eſt: pro virili ſtudẽs paternæ mederi iacturæ, id quod ſatis illi fœliciter ceſſit. Nam quum Sigiſmundum bel- lo funditus deturbaſſet, poſtea recuperauit cõ plura quæ à patre male fuerant amiſſa. Cæte- rum 6 imperij anno, præmatura occupatus eſt morte, Alexandro V. Pont.

De Mahometo I. Caput VI.

POſt Calepinum patrẽ dominatus eſt Ma hometus, vir militari induſtria cõſpicuus nec minus in agendis rebus conſilio valẽs Qui quidem vbi 14. annos regno potitus eſt, conceſſit fatis anno 1419 Marti. V. Pont.

De Ammurate II. Caput VII.

MAhometo ſucceſſit ille ſtrenuiſſimus at immaniſſimus Ammurates, victo rijs & rebus geſtis, gloriã maiorũ ſuo rum

tatis, non ſexus, non ætatis habita ratio Stupra cædibus, cædes ſtupris additæ. Ipſa Diuorum templa diruta. Martyrum oſſa canibus ſuibuſque proiecta. Omnes Græciæ vrbes ſubegit. Lemnum inſulam, & Mitylenem, haud multo poſt bello obtinuit, expugnauitq; Eubœam, haud ſine maxima Chriſtianorum ſtrage. Subiugauit magnam Valachiæ partem, Capham vrbem Genuentium cœpit. Trapezuntij occupauit imperium, Dauidemq; miſerum neci dedit Imperatorem Chriſtianum. Et qui multis ſæuam mortem intulerat, acerbiſſimo dolore colico è vita ſublatus eſt, quinto Nonas Maij, anno 1481. Sixto IIII. Pont.

De Baiazero II. Caput IX.

POſteaquam Mahometus hac luce priuatus fuit, pluries quidem aſpirabant ad regnum: qua ratione vniuerſa Græcia multis diſſidijs militum cõcutiebatur: illis quidem hic, his autem illi fauentibus. Factum autem eſt tandem, vt potioris partis ſuffragio Baiazetus Mahometi filius, qui tum temporis erat in Cappadocia, Imperator electus fuerit. Vir exquiſito iudicio, animoq; ad ſubeundos labores prompto. Is porrò tertio Imperij ſui anno armis Valachiam impetẽs, ad ipſius Danubij faucẽs acriter expugnauit Lithoſtomon, Hunga-

ris bellum cruentiſſimum intulit. Bellum in Venetos gerẽs, eis Naupactumq́ & Dyrrhachiũ abſtulit, prorſusq́ Dalmatiam depoulatus eſt. Anno autem 1500. Die S. Laurentij, Methonem illuſtrem vrbem, ad Venetos ſimiliter ſpectantem, Turcicæ ſeruituti ſubdidit. Qua quidem expugnata, omnes præcipuos Viros, inter eosq́ eiuſdem ciuitatis paſtorem, truculenter truncari iuſſit: cui tam miſerando ſpectaculo ſclærum ſpectatorem exhibuit, vir vt ferino animo, ſic Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimus. Hoc imperante, Hyſmael Sophinus cœpit in Perſiā floreſcere, qui quidem induſtria militari præcellẽs, ei plurimum negotij faceſſit. Baiazetus igitur iam iam ætate confectus, militumq́ efflagitationibus preſſus, atq; etiam interdum minis, vltimo filio ſuo Solino: qui liberalitate quadam inſigni ſibi omniũ animos conciliaue rat, primogenitum defraudans ſuo iure, in vita regno ceſſit inuitus. Cui quidem beneficio Solinus reſpondere ſtudens, pharmaco propinato (vt imperaret liberius) illum è medio ſuſtulit: nempe, vt qui orbis venenum fuerat, veneno etiam extingueretur. Vixit annos 74. ex quibus 31. egit Imperatorem. Obijt autem anno 1513. interim dum poſt obitum Iulij II. Romanæ vacaret Apoſtolica ſedes.

De

De Solino. Caput X.

SIc itaq; parricida Solinus ſibi vſurpauit imperium, anno 1512. menſe autem Aprili. Qui quidem patrem defunctũ ſepulchro magnifico ornauit, vt vana & ſimulata pietate, nefandum obliteraret flagitium. Cæterũ in orbem Chriſtianum fuit longe ſuis maioribus mitior, vir alioq; in ſuos crudelis, ſæuus, inexorabilis. Totũ etenim bellandi ſtudium in vicinos Aſianos conuertit. Cum Venetis pacẽ diu intermiſſam corroborauit. Bello ſuperauit Sophinum. Cairum Aegypti vrbem populoſiſſimã duobus interemptis Soltanis, Turcico imperio applicuit. Multos ſuæ aulæ primores & Principes, quorũ habebat ſibi fidem ſuſpectã, atrociter obtrũcauit, interim ſanguini proprio non parcẽs. Cætera vero, maximus fuit hominum ſtudioſorum amator, grauis, iuſtus, prudens & tẽperans, nouarũmque rerũ ſtudioſiſſimus. Qui tandẽ peſtilenti correptus febri, anno 1520 Menſe Sept. interijt, Pont. Leone X. Vnicũ filium ſuũ Ottomanum Solimanũ, vnicam Chriſtianorũ internitionẽ, in Imperatorẽ relinquẽs.

De Ottomano Solimano. C. XI.

PAtre defũcto, Solimanus (qui hodie Turcarũ eſt Imperator) vix pubertatẽ egreſſus (heu nimis cito) prouinciam impe-

randi ſuſcepit, vt opprimeret Chriſtianorum Rempublicam, eamq́ torſauciaret vulneribus. Qui quidem in primis imperij auſpicijs omnium opinionem fefellit, minime fieri poſſe arbitrantium, vt ſub agmina ſimplicitate, quam iunior præ ſe ferebat, animus immaniſſimus deliteſceret. Quem diu tamen occultare non potuit. Nam vbi Soriam & vniuerſam Aegyptum aliqua ſeditione commotas atque rebellionem molientes, confirmauit in fide & obſequio, Bellogradum, quæ & Taururum, & Alba Græca, & Germanis Griechiſch Vviſſenburg appellatur) ſuo annexuit imperio: haud quidem Hungariæ tantum, ſed totius etiam plagæ Chriſtianæ fortiſſimum propugnaculum. A qua ſane victoria obtenta, vnum tantum reſpirans annum, ad oppugnandam illam auguſtiſſimam Rhodon ſe accinxit, anno 1522. Iunio ipſo iam inclinante. Quam quidem varijs machinis bellicis atque tormentis concuſſam, Rhodijs equitibus in deditionem receptis ſexto ferè obſidionis menſe expugnauit, cum maxima gloria ſua, & inſigni principum Chriſtianorum dedecore. Poſtea vero, in Hungariam mouens totam expeditionem, exercitum Ludouici Hungarorum Regis infœliciſſimi, occurrentem ſed male inſtructum,

vaſta

vaſtauit, anno 1526. tertio Calendas Auguſti. Quo in prælio acerbiſſimo, Principes qui regem comitabantur, altis & prodigioſis vulneribus ad vnum omnes confecti ſunt. Ipſe autem infœlix Rex in quadam foſſa ſtagnanti, quam forte gratia recreandi æſtuantem equũ acceſſerat ſub ipſo equo extinctus repertus eſt. Poſtquam Chriſtianorum longe funeſtiſſimam cladem, exercitum verſus Salinũ (quam hodie appellamus Budam) vrbem Pannoniæ detorquens, Rhoccam in deditionem recepit. Iuliobonam (quæ vulgo & Vienna dicitur) ſæpius occupare conatus eſt, ſed incaſſum tamẽ, Quippe noſtrorum virtute ſemper cum pudore receſſit. Anno 1539. Caſtrum Nouum per Barbarrhoſſum, Turcicæ claſſis præfectũ, obtinuit, non ſine inſigni veteranorum militum cæde. Sequenti anno ſibi vſurpauit Budam alioqui, poſt obitum Regis Ioannis Vayuodæ, iure & lege ceſſuram, Ferdinando Hungariæ Regi inclitiſſimo. Poſtea vero nihil dignum memoria eſt molitus: quanquam ſemper in perniciem principum Chriſtianorum aliquid meditatur. Sibi ſiquidem perſuadet ipſum Romanum Imperium, iure quodam hæreditario maxime ad ſe pertinere, nimirum ceu ſucceſſorem Cæſaris Conſtantini, qui videlicet ſedem

peratoriam ad vrbem Conſtantinopolim tranſtulit. Quod attinet ad mores illius, maxime liberalis eſt (qua nimirum virtute continet in officio vniuerſos) cæterum cupidiſſimus gloriæ, atq; hactenus de origine Imperatorum Turcarum, Quorum omniũ hic Ottomanus Solimanus vt impræſentiarum eſt, ſic faxint ſuperi ſemper etiam ſit vltimus.

DE

DE TVRCARVM CVLTV AC moribus enarratio quædam breuiuſcula.

TVRCAE porro venuſta ſatis & eleganti corporis forma ſunt præditi. Eam tamen barbaro quodam cultu, peregrino atque inhumano dehoneſtant. Nam quum reliquam omnem abradunt, ſolum ſuperius labrum ad maiorem incutiendum terrorem (quod veriſimile eſt) prolixa munitum barba relinquunt, quæ tam apud Græcos quàm Turchas, μύσταξ appellari conſueuit. Qui Turcæ tenuioris fortunæ ſunt, ij ſagulis coloratis veſtiuntur. Qui autem opulentiores, vtuntur purpura, holoſerico, & byſſo, quibus etiam interſerunt gemmas. Gaudent omnes prolixa veſte, at pileo inſtar pyramidis in faſtigium acuminato: Iam vero, quum omnes ſint ferociſſimi, immanitate tamen alios omneis anteeunt, qui Alcanzi vulgo appellantur. Hi ſiquidem tantum prę-

dandi gratia, præcedunt ſemper ipſas phalanges Turcicas, omniaque per quæ tranſcurrunt incendunt, vaſtant, & populantur. Viros iam ætate confectos, inhumaniter coram liberis iugulant, proſtituunt honeſtas matronas violant virgines, prophanant templa, eruunt aras rapiunt adoleſcentes, ac denique in Chriſtianis miſeris miſerandam edunt carnificinam. Hi non commouentur lachrymis, nullis flectuntur precibus non ſuſpirijs, non ad cœlum vſque elatis clamoribus, non ſingultibus emolliuntur, ſed magis ac magis incrudeſcentes, noua ſemper ſanguinis effuſione oblectantur, non aliter quàm famelici lupi dum agnorum gregem inuadunt.

In aula Imperatoris Turcarum audiuntur varia linguarum genera, Turcicum nempe (quo præcipue vtitur Solimanus) Arabicum (ea enim lex Alcorani eſt ſcripta) Sclauonicum Giannizaris admodum familiare, ac ipſum denique Græcum, Cõſtantinopolitanis genuinum.

Diſciplina militaris tanta illic cum iuſtitia, ordine & ſeueritate obſeruatur, vt multis paraſangis Romanos illos priſcos ſuperare videan

deantur. Siquidem nulla vociferatio, nulla cõtentio, nullus tumultus, aut riſus, in exercitu tam numeroſo percipitur, quum videlicet vel minimum delictum in bello apud illos ſit capitale.

Sunt autem noſtris militibus in prælio Turcæ longe ardentiores, hiſce tribus de cauſis. Prima enim eſt, quia exacte parent ſuis ducibus; ab eiſque ne tranſuerſum quidem vnguem diſcedunt. At ſecunda, nam perſuaſum ſibi habent, huius lucis vltimam diem, ſingulis eſſe à Deo iam in ipſo fronte præſcriptam, conſtitutam & ordinatam, nec poſſe reddi breuiorem vitam, nec item procraſtinari. Qua quidem confirmati ſtulta ac vana opinione intrepide ſeſe exponunt periculis. Tertia denique exiſtit, quia ſine pane & vino patienter belli labores perferunt. Sæpius namque oriza tantum atque aqua nutriuntur. Interdum etiam ſolo carnium ſalſarum puluere (quem ſacculo incluſum gerunt) aqua diſtemperato. Sunt qui vuis paſſis, amygdaliſque diu ſimiliter ſe ſuſtentent. Quod ſi nihil horum eis ſuppetat ne ob id quidem deſpondent animo, Nam equo tundentes venam, tantum

ſanguinis detrahunt, quantum ventri ad ſobrietatem ſit ſatis.

Eſt autem eis vinum, legis ſuperſtitione prohibitum, qui tamen ſemel illud guſtarunt ij & egregij ſunt bibuli, & dira ſuo Mahometo imprecantur, quod tam heroico liquore eos tam diu defraudarit.

Quod vero ad illorum mores ſpectat, tam ipſi viri quàm fœminæ ſunt maxime in laſciuiam procliues, cui quidem dum incumbunt, nec modum nec finem adhibent. Siquidem prorſus eſt incredibile, qua voluptate, quo ardore, in Venerem vterque ſoluatur ſexus. Nec vero ſat illis eſt, ſi humano more ipſi libidini indulgeant, niſi etiam alijs infandis modis atque exhorrendis polluantur. Nullam quippe corporis partem relinquunt, in qua obſcœnam illam & deteſtandam voluptatem non experiantur. Hæc enim, vel ſi ſola recitatione pias offendant aures, non ſemel tamen aut iterum, ſed ſæpius ſunt declamanda, vt Principes Chriſtiani intelligant, per quam impiatas manus ſanguinem eorum indies exhauriri patiantur, pro quorum

vita & ſalute Chriſtus Redemptor noſter ſuum pretioſiſſimum fudit. Quanquam ſane noſtra papyrus flagitijs eorum non libenter ſeſe maculari atque fœdari patitur.

FINIS.

Guillemj de Bucy

Digitized by Google